[illegible] 2.º [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] N.º [illegible]

[illegible] [illegible]

Copia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Propriedad [illegible] [illegible]

Summa ordinationum capituli generalis Vlyssiponæ.
in Conuentu S. Dominici. ordinis Prædicatorum celebrati
In festo S. Pentecostes tertio Junij Anno Dni. 1618.

De inclinationibus.

Inchoatur, quod flectent genua fratres ad primum versum hymni, Aue maris stella.

De ecclesia, et altaribus

Inchoatur, quod Eucharistiæ Sacramentum in altari tm. maiori asseruetur; et ubi sit consuetudo, ut in alio sacello, et altari custodiatur, ad tale ministerium Prior unus ex Antiquioribus deputetur qui audiat confessiones secularium, et dictum sacellum debito cum ornatu, et decore seruetur.

Ordinatur, ut Oleum Sanctum loco decenti Ecclesiæ, l. Sacristiæ asseruetur, et nunquam in sacrario.

Oratoria aliqua construantur, ut Sacerdotes celebraturi digne se præparent, et digne se disponere possint.

Admonetur, R. P. Priores ut Sacramentum Eucharis

tia. extra chorum, nec septa Monasterii Monia=
lium conseruetur, nonobstante quocumq. priuilegio.

De Missæ Sacrificio

Confirmatur, quod in missis priuatis, pro eleuatio
ne corporis Xpti. cereus ascendatur.

De domibus Nouitiorum.

Confirmatur, quod Nouitii in grauioribus conuen
tibus, ubi in rei ueritate Viget Regularis ob
seruantia educentur in senario ad minus nu
mero.

De Lectoribus, Studentibus, et graduatis

Confirmatur, quod Magistri, Baccalaurei, et
Lectores, non recedant a Doctrina D. Thomæ.
Sub pœna priuationis perpetuæ omnium officio=
rum, graduum, et dignitatum.

Confirmatur. quod Studentes extranei in stu=
diis generalibus ultra triennium non commo
rentur.

De confessariis Secularium et Monialium

Ordinatur, quod confessores nunquam extra con
fesonalia per minuta lamina ferreæ audiant

II

Confesiones Mulierum, sub pœna suspensionis audi
endi confesiones.

Ordinatur, quod unus tm. confesarius ordinarius
cui libet monasterio Monialium, l. duo adsummū.
Extraordinarius autem bis, aut, ter, inanno.

-. De Prioribus, et eorum electione -

Confirmatur, quod R. Admodum P.les non pro
ponant nisi urgente necesitate, et tunc non pau=
ciores quam tres, neq. electiones confirment nisi
de consilio Patrum per vota secreta.

Ordinatur: quod non eligantur in P.res qui chorū
et communia sequi non possunt, aut non consueve
runt.

Declaratur, quod P.res Biennales explentes
officium post Dominicam Septuagessimæ, durent
usq. ad sequens capitulum.

Ordinatur, quod nullus frater eodem anno eli
gere possit duos P.res neq. socios, exceptis supprioři
bus, et Lectoribus non casuum conscientiæ.

Admonetur, ne absoluatur Priores, absq. consilio
duodecim Patrum et adminus octo per vota secreta.

-. communia omnibus -

Admonetur sub pœna priuationis actiuæ, et pasibæ
et carceris formalis per sex menses, ne accedatur

ad Romam sine licentia Magistri Ordinis.
Confirmatur, ne procuretur divisio ordinis, l, inst.º Vicarii generalis indiarum, sub pœna gravioris culpæ, et excomunionis latæ, Magistro Ordinis reservato.

Admonetur, quod Detractores ordinis, seu fratrū. carceri mancipentur.
Admonetur, quod non est in potestate Provintiæ non acceptare acta capituli generalis.

– Pro Prov.ª Betica –

Declaratur, quod in capitulo tm. electionis a R.de P.li et Diffinitoribus instruantur Prædicatores generales, in quo capitulo vocem. n. habeant.
Confirmatur, capitulum intermedium in quo non eligatur Diffinitor capituli generalis.
Deputatur conventus Alcala de los ganzules pro educandis Novitiis anglis.
Nullus gaudeat, l, promoveatur, ad gradum, l, prædicaturam generalem nisi serventur omnia expressa in constitutionibus, et litteris app.cis sub pœnis in eisden contentis.
Nullus gaudeat, neq etiam titulo gradus, l, prædicaturæ generalis, neq ad ea promoveantur nisi supra dicta serventur

III

IV

Summa ordinationum tum generalium, tum Prouintialium capitulorum Prouinciae Vtriusque Lombardiae Ordinis Praedicatorum â Concilio Tridentino citra editarum.

Additis decretis summorum Pontificum, necnon et sacrarum Congregationum

Capitula ex quibus ista selecta sunt.

Generalia.		Prouintialia.	
Bononiae.	1564	Papiae	1572
Romae.	1569	Imolae.	1575
Romae	1571	Cremonae.	1578
Barchinonae	1574	fauentiae	1580
Romae.	1580	Mantuae	1582
Romae.	1583	Brixiae	1583
Romae.	1589	Placentiae.	1584
Venetijs.	1592	Mantuae.	1586
Valentiae.	1596	Bononiae.	1588
Neapoli.	1600	Bononiae..	1589
Romae.	1601	Bononiae.	1591
		Papiae.	1593
		Mantuae.	1595
		Bononiae.	1597
		Bononiae	1599
		Mantuae.	1601

Capita

Summma Ordinationum

De inclinationib9.

Cum primum ante diuinissimum altaris sacramentum accedimus, vel transimus, non solum profunda inclinatione, sed etiam genuflexione illud adoramus. Romæ. 1569 et post Mantuæ. 1582.

Insuper genua flectimus ad hæc.

Ex Maria Virgine, et homo factus est. Romæ. 1569.

Verbum caro factum est. Valen. 1596.

Et procidentes adorauerunt eum. in euangelio Epiphaniæ.

Te ergo quæsumus tuis famulis subueni quos pretioso sanguine etc.

Tantum ergo sacramentum veneremur cernui. Romæ. 1580.

O crux aue spes vnica. Romæ. 1583.

Inclinamus vero profunde ad hæc.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.

Aue maris stella. Romæ. 1580.

Gratias agamus Domino Deo nostro. Romæ. 1569.

Discooperto vero capite inclinamus cum dicitur

Qui cum patre, et filio simul adoratur. Romæ. 1580.

Cum nomen iesu, et Mariæ nominatur in choro, et extra.

Vbicumq; mentio habetur effusi sanguinis Domini nostri, ut ad illud quos sanguine mercatus es. Vale. 1596.

De ecclesia, et altaribus

Deambulationes in ecclesia tam fratrum inter se, quam cum

seu

Secularibus, maxime ante altaris sacramentum pro hibentur. Barch. 1574.

Visitantibus nostras ecclesias confessis, et contritis orantibusque secundum consuetum, conceditur indulgentia Plenaria in festis. S. Patris n. Dominici. S. Petri Martiris. S. Catharinae Senensis. Rom. 1589.

Item in festis. S. Antonini, S. Thom. Sanc. Vincentii. Venet. 1592.

Si transferri hec festa contigerit, etiam indulgentia transfertur. Roma. 1601.

Altaris consecrati mensa sit ornata, et munda Venet. 1592.

Tribus mundis mappis cooperta. ibid.

Habeat coopertorium corriaceum, vel ex grossiori tela ibidem.

Subtea nihil omnino reconditum sit. ibidem.

Praesertim Cadauera. sub pena interdicti. Rom. 1597.

Altaria portatilia ex perpolito lapide sint. Venet. 1592.

Integra, nec pro maiori parte fracta. ibidem.

Longitudinis unius palmi cum dimidio, latitudinis unius ad minus ibidem.

In medio altaris collocata, et ab altaris fronte non longius distent spacio Dimidii palmi. ibidem.

Ex superficie altaris paululum extet, ut tactu dignosci possit. ibidem.

In locis ubi ad minus sunt tres, aut quatuor fratres clerici, Santissimum Eucharistiae Sacramentum super altare accenso lampade conseruetur. Neapo. 1600.

Singulis Dominicis Diebus, et in solemnitatibus communionis generalis visitetur a Praelato pixis

ingua

in qua seruatur sacrum Domini nostri corpus, et mutentur hostiæ, ita ut ultra quindecim dies eædem non perseuerentur. Placent. 1584.
Reliquiæ Sanctorum summa cum veneratione custodiantur. ibidem.
Ordinarii non impediant fratres pulsare campanas antequam pulsetur campana maioris ecclesiæ, præterquam in die Sabati Sancti. Ex Dec. congreg. Regular.

Demissæ sacrificio

Corporalia pura sint, et candida, ex tela linea, simplicia, et nihil elaborata, neq. serico, et aboris simplici filo retorta, non parua, neq. magna nimis sed talis mensuræ, ut longitudo duorum sit palmorum cum dimidio ad minus, et latitudo duorum, quatuor plicas in longum, et tres in latum non excedant. Venet. 1592.
Purificatoria ex decenti tela sint. Bonon. 1577.
Unius palmi ex utraq. parte, ibidem.
Cum signo crucis in medio ut a nasitergiis secerni possit. ibidem.
Crumenæ ex utraq. parte sint ex eadem materia et colore Vene. 1592.
Crucem, l. aliam sacram imaginem intextam habebunt, ex altera vero consecrationis verba. ibid.
Interius sub serico, vel tenui tela circumvestita sint. ibidem.
Ampullæ non ex argento, stamno, aliove metalli

genere

genere confecta sint, sed ex cristallo, vel vitro perlucido. ibidem.

Non picta, sed ab omni parte sordibus pura. ibid.

Suo cooperculo stamneo, vel argenteo confecta sint. ibidem.

Priores cum concilio Patrum susceptas obligationes missarum in numerum redigant ex una parte, et ex altera summam stipendii quam promissis recipiunt, et dispensatis secundum morem Patriæ numerum missarum quem observare possint statuant, et inviolabiliter satis faciant. Bononiæ. 1564.

In capitulis vero, et aliis suffragiis memoriam eorum qui talia sacrificia relinquerunt faciant. ibidem.

Nulla in posterum perpetua obligatio missarum admittatur, quæ subsidium sufficiens annexum non habeat iudicio prudentum. ibidem.

Item huiusmodi obligationes perpetuæ non accipiantur sine licentia. R. P. Provincialis. Bonon. 1588.

Per singulos vero dies eum numerum tantum admittant, qui commode possit impleri. Bono. 1564.

Missæ non celeriter valde, nec morose nimis dicantur, nec alte nimis, nec submisse, sed voce mediocri, et devote ut astantes intelligere possint, secreta tamen silenter dicantur. Valen. 1596.

Ceremoniæ omnes tam in altari, quam in choro serventur, et in eis iuvenes instruantur. Bono. 1564.

Missarum, et candelarum certus numerus, a supersti-

titioso

titioso cultu inuentus am moueatur. ex Conc. Trid.
Instituatur Pater qui primam missam celebran-
tem ceremonias doceat, et eam celebrare non aude-
at sine illius Patris approbatione. illust. Alex. 1597.
Uniformes omnes sint in eis obseruandis. Rome.
.1569. etc.
Non permittatur ut ordine subdiaconatus non
insignitus, epistolam solemniter sacris indu-
tus vestibus, canat. Bononia. 1564.
Indutus sacras vestes sacerdos, non confiteatur pe-
cata sua, sed id faciat antequam eas induat. Rom.
1569.
Credo totum a choro cantetur, et non pulsentur or-
gana. Barch. 1574.
Noui, et extraordinarii cantus eiusdem simboli
reiiciantur. Papia. 1592
Bina post sacram communionem sumatur ablutio.
Accendatur cereus in eleuatione corporis Christi, et
perseueret accensus usque post communionem; et
in eleuatione ictibus campanulæ populus admo-
neatur. Barch. 1574. etc.
In fine Missarum dicatur euangelium in princi-
pio erat verbum. Rome. 1589.
Omnes communicent de quindena, in quindenam,
et in aduentu, ac quadragesima quolibet die Do-
minico. Barch. 1574.
Senio, vel infirmitate detenti sacerdotes, cum ce-
lebrare non possunt sacra communione refician-
tur diebus generalium communionum. Barch.
1574.

1574.

Sacerdotes non celebrantes, missam quotidie audiant. Roma. 1580.

Imo ad eam quotidie audiendam omnes obligantur. Roma. 1589.

Cum cappis inseruiant missis iuuenes, et conversi festiuis diebus. Mant. 1582.

Feria quinta in cena Domini, ante sacramentum semper adsint fratres per vigilias distincti. Barch. 1574.

In qualibet sacristia in loco patenti pateant tres Tabella.

Prima affixam habeat Bullam cena Domini.

Secunda casuum reseruatorum tam Episcopo quam Summo Pontifici, notam

Tertia Anniuersaria ad qua conuentus Tenetur.

Quarta vero insecretiori loco serbabitur, in qua missa omnes qua quotidie, vel certis diebus simpliciter, vel ad particularia altaria persoluenda sunt, contineantur. Venet. 1592.

Erigatur ubique sacellum, ubi sacra secularibus dispensentur. Imole. 1575.

Licet Regularibus. SS. sacramentum per claustrum processionanter defferre, et publice ad adorandum proponere, et publica, et priuata causa, Ex. Dec. Congreg. Regul.

. De officio Ecclesia .

Dominica prima aduentus semper incipiatur in choro sexto.

Dextro. Roma. 1569.

Horæ canonicæ suis Temporibus decantentur, et matutinæ tam hiberno, quam æstiuo tempore, de nocte statutis horis persoluantur. Romæ. 1589.

in locis ubi commorantur tres, vel quatuor fratres clerici, in choro horæ dicantur, et ss. sacramentum asseruetur super altari accenso lampade. Neap. 1600.

Ubi vero sunt duodecim, matutinum de nocte dicatur statuta hora, nec Prælati concedant ut in sero, vel in mane prætextu rasuræ, siue recreationis aut carnis priuii dicatur. Bononiæ. 1591.

item decernitur pro illis conuentibus, in quibus sunt iuuenes, aut Nouitii. Bononiæ. 1597.

Ubi præfatus non est numerus non in sero, sed summo mane illud persoluatur, exceptis Diebus in nostro Ordinario notatis. Bononiæ. 1591.

Non surgentes ad Matutinas sedeant in terra in prandio sequenti. qui vero Nonæ festiuo tempore, vel, Vesperi, aut completorio, siue salue, nec non officio mortuorum non interfuerit, vinum non bibat in mane, vel sero, illust. Alex. 1597.

Qui ad gloria Patri p. psalmi non affuerit se prosternat in choro, nec surgat nisi facto signo a Prelato illust. Alex.

Ad chori sequelam tenentur omnes etiam graduati, Prædicatoribus, lectoribus, ac Magistris in sacra Theologia. actu legentibus duntaxat [redacted] exceptis. pro quibus laudabiles consuetudines Prouinciarum seruabuntur. Val. 1596. et post. et an.

Lectores

1574.
Sacerdotes non celebrantes, missam quotidie audiant. Roma. 1580.
Imo ad eam quotidie audiendam omnes obligantur. Roma. 1589.
Cum cappis inseruiant missis iubenes, et conversi festiuis diebus. Mant. 1582.
Feria quinta in cena Domini, ante sacramentum semper adsint fratres per vigilias distincti. Barc. 1574.
In qualibet sacristia in loco patenti pateant tres Tabellæ.
Prima affixam habeat Bullam cenæ Domini.
Secunda casuum reservatorum tam Episcopo quam Summo Pontifici, notam
Tertia Anniversaria ad quæ conventus Tenetur.
Quarta vero in secretiori loco serbabitur, in qua missæ omnes quæ quotidie, vel certis diebus simpliciter, vel ad particularia altaria persoluendæ sunt, contineantur. Venet. 1592.
Erigatur ubique sacellum, ubi sacra secularibus dispensentur. Imole. 1579.
Licet Regularibus. SS. sacramentum per claustrum processionanter defferre, et publice ad adorandum proponere, et publica, et priuata causa, Ex. Dec. Congreg. Regul.

Deofficio Ecclesiæ

Dominica prima aduentus semper incipiatur in choro sexto.

Dextro. Roma. 1569.

Horæ canonicæ suis temporibus decantentur, et matutinæ tam hiberno, quam æstiuo tempore, denocte statutis horis persoluantur. Romæ. 1589.

in locis ubi commorantur tres, vel quatuor fratres clerici, in choro horæ dicantur, et ss. sacramentum asseruetur super altari accenso lampade. Neap. 1600.

Ubi vero sunt duodecim, matutinum denocte dicatur statuta hora, nec Prælati concedant ut in sero, vel in mane prætextu rasuræ, siue recreationis aut carnis priuii dicatur. Bononiæ 1591.

item decernitur pro illis conuentibus, in quibus sunt iuuenes, aut Nouitii. Bononiæ 1597.

Ubi præfatus non est numerus non in sero, sed summo mane illud persoluatur, exceptis Diebus in nostro Ordinario notatis. Bononiæ. 1591.

Non surgentes ad Matutinas sedeant interra in prandio sequenti. qui vero Nonæ festiuo tempore, vel Vesperis, aut completorio, siue salue, necnon officio mortuorum non interfuerit, vinum non bibat in mane, vel sero, illust. Alex. 1597.

Qui ad gloria Patri p. psalmi non affuerit se prosternat in choro, nec surgat nisi facto signo a Prælato illust. Alex.

Ad chori sequelam tenentur omnes etiam graduati, Prædicatoribus, lectoribus, ac Magistris in sacra Theologia. actu legentibus duntaxat ~~[illegible]~~ exceptis. pro quibus laudabiles consuetudines Prouinciarum seruabuntur. Val. 1596. et post. et an.

Lectores

4.

Lectores qui per decennium legerunt exceptis sunt
Denocte ferialibus diebus. Bonon. 1591. Pap. 1592.
Imo qui per annum Sacram Theologiam docue
runt. Mantuæ. 1588.
Item et prædicatores emeriti. ibidem.
Nulli Priori liceat aliquem ab hebdomadaria
eximere. Pap. 1593.
Dicatur, ora pro nobis. B. Pater. Dominice.
In collectis dicatur B. Dominici Patris nostri Confe
soris tui. Vale. 1596.
item O dulcis Virgo Maria. ibidem.
Post completorium fiat oratio sub silentio per dimi
dium horæ. Romæ. 1564.
Item post Nonam, siue Matutinas, iuxta tempo
ra, per quartam horæ partem. Barch. 1574.
Post Completorium fiat oratio pro Principibus xpti
anis dicendo psalmum, exaudiat. Emitte spiri
tum, cum oratione de spiritu Sancto, et de Eccle
sia. Papiæ. 1572. imole. 1575.
in statu Veneto addatur oratio pro serenissimo
duce, et eius senatu. Brix. 1583.
Cum officium Mortuorum dicitur post prandium
Diebus dominicis, non ob hoc ante prandium dica
tur Nona. Bononiæ. 1564.
RR. Prouinciales non habent auctoritatem
immutandi festa, ut aliter celebrentur quam
in Calendario notatum est. Romæ. 1583.
Duo, vel, tres Patres in Choro frequentiores eligan
tur, qui Iuuenes irreligiose se habentes in choro
puniant.

puniant, etiam sedendi interra inpane, et aqua. Bonon. 1589.

Tempore Capituli inconuentu inquo celebratur, Omnia festa, siue trium Lectionum, siue simplicia, celebrentur sub festo duplici. Romæ. 1580.

De officio B. Virginis

In Dormitorio sit altare. B. Mariæ Virgini dicatum, antequod denocte persoluantur Laudes matutinales eiusdem Virginis pro Tempore Barcinoni. 1574. Vale. 1596.

Aliæ horæ dicantur inchoro, etiam completorium, quod alibi dici non liceat. Valen. 1596.

Cum autem non dicitur iuxta ordinarium inchoro, recitent illud Nouitii insuo dormitorio, Tau. 1580.

Quando inchoro fit officium de Beato Dominico feria tertia, deco nulla fiat memoria inofficio B. Virginis. Barch. 1574.

Neque etiam fiat memoria huiusmodi, quando inofficio maiori deeodem eadem fit.

Post gratias prandii, cantetur Antiphona Recordare Virgo. Bono. 1589.

De Recipiendis ad habitum

Ex bulla santissimi Domini Sixti quinti Iubens

Iuuenes maiores sexdecim annis nonpossunt recipi ad habitum, vel professionem nisi exaccurata informatione, etfidedigna relatione infrascripta appareant.

Primo, quod recipiendus sit legitimo thoro natus.

Secundo, quod homicidii, furti, latrocinii, aut similium criminum reus, vel suspectus nonsit, nec Damnatus, neq formidet utdamnetur.

Tertio, quod Aere alieno supra vires suarum facultatum grauatus non sit.

Quarto, quod redendis raciotiniis cuiuscumq administrationis, nonsit ita ut hac de causa lis, vel molestia ei illata sit, vel timeat neinferatur.

Quinto, quod ne humana ratione, sed tantum deuotionis feruore sponte religiosam vitam eligat.

Haec acta incapitulo Prouintiali approbentur. inter medio vero tempore, exoraculo viuae vocis. illust. Mex. RR. Patres protempore Prior, Regens, inqr et Baccalaureus Bononiensis approbabunt, itaut saltem tres illorum adhoc conueniant.

Vt autem haec acta accurata sint oportet ut corroborata sint, vel manu persona indignitate constitutae quales sunt Vicarii episcopales, vel manu Notarii cum sua legalitate, exconsuetudine.

illegitimi exincestu, et sacrilegio nullo modo recipi possunt, nisi proseruitiis famulorum, itatamen quod numquam profiteantur.

a liisero

Alii vero si tot habent merita, ut deffectum natalium suppleant, poterunt recipi cum vnanimi consensu Prelati, et diffinitorum Capituli, qui etiam sic recepti, inhabiles erunt ad gradus honores, et dignitates ordinis.

Per gradus vero honores, et dignitates intelliguntur Prioratus, Prouintialatus, generalatus, et alia officia cum supperioritate annexa.

Ante hanc constitutionem recepti pariter inhabiles redduntur.

Excluduntur ab hac constitutione illi qui procreati sunt ex parentibus ~~in quibus~~ inter quos poterat tunc esse matrimonium, et postea secutum fuit ex constitutione, et declaratione eiusdem Sixti V.

Gregorius, 14, omnia predicta de illegitimis non recipiendis, reduxit ad terminos iuris, et voluit omnes ex incestu etiam, et sacrilegio ortos posse ad Religionem recipi, si tamen bonam indolem prae se ferant, et merita defectum natalium suppleant.

Potest autem cum his dispensare ille ad quem spectat receptio, matura prehabita consideratione ut recipi possit.

Potest etiam habilitare eos ad honores, et gradus si id dignum iudicauerit, qui antea iuxta priuilegia alias ab apostolica sede concessa, poterat.

Dispensationes etiam, et habilitationes alias factas inualidauit.

Prohibuit tamen ne in eadem Religione recipiatur Pater, et filius illegitimus utroq3 simul viuente. Hac Gregor. x.IIII.

Ex decreto clementis octaui Pontificis maximi requiritur ut recipiendi sint ex honesta familia procreati, nec parentes ope, et subsidio indigentes deserant.

Instituantur de Regula quam proffesuri sunt, et de tribus essentialibus notis, ac aliis ordinis particularibus institutis.

Possunt recipi in quocumq3 loco, d. recepti illico ad conuentus deputatos trans mittantur.

Recipiendus non minor sit .x.IIII. annorum. Grammaticam, Latinamq3, linguam probe intelligant.

Conuersi, et Tertiarii possunt recipi ext. conuentus nouitiatum, et educari dummodo vigessimum etatis annum compleuerint, et capita Doctrinæ Christianæ cognouerint ex litteris congr. Reffor:

Ex ordinationibus capitulorum

Inscii inepti excludantur. Barc. 1574. item expulsi ab alia Religione. Romæ. 1601.

Sciant distincte, et clare legere, et bene intelligant, et declarent ea quæ legunt, et Latinam calleant linguam. Romæ. 1589.

Per illa verba latinam calleant linguam intelligitur quod in grammaticalibus sint sufficienter instructi. Ven. 1592.

Priores non eos proponant capitulo fratrum, nisi ap-

tos

aptos ingrammaticalibus ut supra dignouerint. Rom. 1589.

Nil a parentibus, vel Curatoribus recipiatur ante professionem, etiam sponte oblatum, præter victum, et vestitum. Bononiæ. 1564.

Quod si aliquid detulerint in deposito seruetur, quod non possit ante proffesionem alienari. ibidem.

Nullus recipiatur sine licentia R. Prouintialis. fau. 1580.

in quorum receptione dent fratres vota sua secreta. Val. 1596. Reuocatur. Romæ. 1601

De Domibus Nouitiorum

Domus Nouitiorum esse possunt solum in infra scriptis conuentibus ex decretis congr: reffor.

Bononiensi, Anconitano, Bolebensi, Brixiensi primo, fauentino, genuensi secundo, Mantuano, Mediolanensi, et Neapolitano.

In his talis est præfixus numerus iuxta census quantitatem

In conuentu Bononiensi fratres. 126. quorum Nouitii erunt viginti.

In conuentu Anconitano, 40. quorum Nouitii erunt. 6.

in conuentu Bolebensi, 100, quorum Nouitii erunt. xx.

In conuentu Brixiæ primo, 100, quorum Nouitii erunt. 7.

In conuentu genuæ secundo, 60. quorum Nouitii erunt. 11.

In conuentu fauentino. 38. quorum Nouitii erunt. 11.

in conuentu Mantuæ. 46. quorum Nouitii erunt. x.

in conuentu Medio Lani. 90. quorum Nouitii erunt, 18,

in conuentu Neapolis. 60. quorum Nouitii erunt. 6.

Prædicta Domus ex parte conuentus clausa sit, et distincta habeat tot cellas quot Nouitii in ea habitantes, vel certe

tam.

certe tam magnas quod ternis, vel quaternis lectulis, singuli pro singulis aptae sint.

In eadem praeter communes utilitates sint loca pro collationibus, et institutionibus Novitiorum, et hiemis tempore pro calefactione.

Oratorium etiam pro spiritualibus exercitiis, et ceremoniis adiscendis;

Hortumq(ue) bene conclusum ad honestam recreationem claves Domus apud Magistrum semper resideat ad quem solum spectabit introitum alicui concedere ex urgenti, et gravi causa, qui eo praesente Novitium alloquetur.

Nulli autem pateat aditus quocumq(ue) praetextu, nisi ut supra.

In his conventibus vigeat observantia regularis, praesertim circa vota eorum, ita ut nil proprium habeant, etiam praetextu licentiae, aut tolerantiae superiorum, et in his ad minus resideant viginti Religiosi.

6. De Magistris Novitiorum.

Qui Magister Novitiorum futurus est, habeat socium quoad fieri potest sibi aequalem, ex eodem Decreto.

Ambo per generale, aut provintiale capitulum per triennium deputentur, neq(ue) possunt amoveri nisi per eadem capitula.

Siqui vero illorum intermedio tempore aliqua urgenti causa amoveri contigerit, per generalem tantum, vel eius vicarium, cum graviorum Patrum concilio alteri dari debebit.

Si vero generalis ultra trecenta milliaria fuerit, et eius vicegerens, per Provintialem, vel superiorem conventus cum concilio discretorum id fiat.

sint

Sint Ambo omni alio munere immunes, ætate supra quadragessimum annum, Doctrina præstantes, in sanctorum Patrum libris versati, ut possint sermones hortatorios habere, et ab eis sine molestia audiri.

Sint irreprehensibiles, mortificationis operibus dediti, charitate refferti, et ab indignatione, ac ira alieni.

Habeat autem Magister plenam auctoritatem, et absolutam potestatem in illorum regimine, et nulli alii exceptis Visitatoribus, et superioribus, maioribus quovis colore se introducere liceat. Ex Dec. ut supra.

Hi omnes, ut magno honore habeantur (si tamen sint maturæ ætatis) connumerentur inter Patres a concilijs. Romæ. 1571.

De nouitiorum institutione in anno probationis

Statim postquam recepti fuerint, et in locum nouitiatus introducti per generalem omnium peccatorum confessionem conscientiam expurgent. Ex Dec. ut supra.

Inde in Regularis disciplina trium votorum, et suarum constitutionum obseruantia instruantur, in modo orandi, vocali, et mentali oratione. in modo cohibendi passiones, per mortificationem sensuum, per ieiunia.

Disciplinas, conscientiæ puritatem, sacramentorum frequentationem, et per apertionem motuum internorum, et tentationum manifestationem;

Bis in die orationem mentalem habeant, et vocalem, ac suam examinent conscientiam.

Quotidie missam audiant, et diuinis intersint offitijs.

Fie

5

Cæterarum Provintiarum Patres non præficiantur curæ Novitiorum, Bonon. 1597.

De eis non se intromittant lectores illorum, nisi recreationibus illorum intersint, sed solum legant, examinent, et disputationes illorum dirigant. Bono. 1591. nec alii qui cumq. Ven. 1592.

Cantum addiscant. Baris. 1574.

De conversis, et Tertianis

Recipiantur ad habitum Conversi, sive Tertiani, qui in manualibus exercitiis inservire possint, et sic secularium commertia tollantur. Vener. 1592.

Recipiendus conversus prius Religioni in habitu Tertiani serviat per quadriennium Valent. 1596.

Revocatur. Neapoli 1600.

Possunt recipi in omnibus conventibus, et non obstat decretum Clem. octavi, dummodo vigesimum compleverint annum, et capita principalia Doctrinæ xpianæ sciant, et constitutiones Pontificiæ observentur, et quæ secundum instituta Religionis observanda sunt ex litteris Cong. refor.

Non assumantur ad habitum clericalem non consulto Rever. Patre Generali. Roma 1580. et deinceps.

Et Romæ 1589. admonetur Reverendiss. generalis, ut similes facultates non concedat.

Qui vero talem habitum, aut sacros ordines fraudulenter

ter susceperit, omnino prohibetur, et Tertianius fiat, et
inhabilis ad predicta perpetuo sit. Valent. 1596.
Neq; permittant vocari titulo Patris, siue Pa
ternitatis, aut Reuer. et qui hac de causa frati
bus inseruire noluerint scapulari priben tur.
Valen. 1596.
Asignetur eis vnus Pater qui confessiones illorum
audiat singulis hebdomadibus, xptianae Doctri
nae precipua capita eos doceat. Papiae. 1572.
festis diebus matutinis intersint, et Vesperas
in choro cum aliis audiant, orationi post comple
torium intersint. ibidem.
Vestes fratrum consuant, et nihil ab eis etiam
sponte oblatum accipiant, et caligas mouean
tiquo adaptent. Pedestres omnino incedant
Papiae. 1572. et alibi.
Rasuram faciant ita ut circulus fiat super aures
qui aliquantis per a posteriori parte per digitum
Declinet.
Quandocumq; rebelles, et inobedientes reperti fue
rint, atq; pluries in furto, vel lapsu carnis alio
ve crimine incidisse deprehensi fuerint, scapula
ri priuentur, et si non emendentur ad triremes
mes trans mittantur. Papiae. 1572.
In professione iurent se toto tempore vitae suae illi
Conuentui pro quo profitentur inseruire. Placent.
1584.
Contrafacientes, Decreto Sacr. Congregationis
Regularium contra accedentes Religiosos ad monas
terea

teria Monialium, cum gradibus, aut voce priua ri non possint, Nirremibus seruire cogantur. Mantuæ. 1575.

De Iuuenibus

Semel in hebdomada confiteantur peccata sua Papiæ. 1572.
Senioribus inseruiant. ibidem.
Vestes propriis manibus lauent. ibidem.
Etiam eas quibus Patres vtuntur. Bono. 1597.
Dormitorium scopent. ibidem.
Rasuras praeparent, et alia similia officia exerceant. ibidem.
Retrahantur, a conscribendis praedicationum exemplaribus, maxime studiorum Tempore. Bono. 1589.
Cum secularibus familiaritatem habere non audeant. Papiæ. 1572.
cellas fratrum non ingrediantur, nisi forsam Priorum, et lectorum, et eas numquam post pulsatam Dormitionem. Papiæ. 1572. et Bononiæ. 1597.
Non recedant a conuentibus suis studiorum tempore. Papiæ. 1572.
Numquam conuentum exeant. Romæ. 1601.
Siqui illorum sunt qui studia abhorreant, ab ordinibus sacris arceantur, et in conuersorum officiis occupentur. Papiæ. 1572.
Et post debitas admonitiones habitu clericali priuentur. Placent. 1584.

Cum

Cum in refectorio prædicationem habebunt prius cum suis lectoribus conferant quod dicere intendunt. Et si erraverint publice arguantur, ne tacendo videatur error approbari. Papiæ. 1572.

Pro ordinibus sacris suscipiendis hæc observentur.

Habeant ætatem iuxta Decreta sacri concilii Tridentini, et etiam tempus congruum interstitii Romæ. 1564. 1589.

Distincte, et clare legere sciant, et bene intelligant quæ legunt. Romæ. 1589.

In officio Ecclesiastico, et Divino cultu, ac cantu sint instructi. Barch. 1574.

Ideo post prandium canant per dimidium horæ in choro. Bononiæ. 1597.

Examinentur tam in litteris, quam in moribus, et per calculos secretos, approbentur a Priore, et Patribus, Romæ. 1589. et. 1600.

Et si pro ordinibus suscipiendis, ad alios conventus transmittantur, nedum erunt examinandi a Patribus sui conventus, sed etiam ab illis illius conventus ad quem accedunt. Papiæ. 1572.

Huiusmodi ordinationes legantur coram examinatoribus, quando id deliberandum occurrerit. Bononiæ. 1597.

Excelsi.

Exclusi ab ordinariis propter insufficientiam, non amplius remittantur sine speciali licentia R. Provintialis. Mantuæ. 1601.

Suscepturi subdiaconatum præter ætatem dictam, habeant etiam tres annos a professione completos, Diaconatum quatuor, sacerdotium vero, quinq. Valent. 1596.

Conciones ad seculares habere non permittantur. Rom. 1564.

De Patribus studentibus, et iuvenibus conventus Bononiensis.

Numerus fratrum in conventu Bononiensi assignatorum præfixus ab illust. Alex. olim Protectore ordinis hic est.

Conversorum viginti quinque.

Novitiorum duodecim.

iuvenum Viginti quinq. Computato Pedagogo, et Notario S. inquisitionis.

Studentium materialium Decem.

formalium duodecim.

Extraneorum iuxta numerum cellarum quæ sunt versus claustrum,

Aliorum vero Patrum triginta, Computatis Vicariis Casulæ cum sociis, et Bonlani. Hæc illust. Bono. 1597.

Numerus vero præfixus a sacr. congreg. reffor. qui erit observandus quandocumq. Novitios simplices retinere velit, est.

Sacerdotum quinquaginta.

iuvenum studentium triginta.

Novitiorum viginti.
Et Conversorum viginti sex.
Assignandi Bononiae eligantur iuxta antiquitatis in ordine
illust. Alex. Bononiae 1597.
fidem de bona vita, et moribus reportabunt a R. P.re et maio
ri parte Patrum conventuum in quibus fuerunt assignati.
idem.
A Reuer. Moderatoribus praemisso rigoroso examine ap
probentur. idem.
Nemo assignetur nisi vacaverit cella, quae vere dicitur va
care quando non sunt tot fratres assignati in eo conuen
tu. idem.
Si contingerit quempiam deputari extra conventum Bo
noniae propter aliquem defectum vere vacat locus, secus
si alia de causa. ex litteris Reverendissimi Beccariae.
Examinentur prius in studentes formales, qui ubilibet
audito toto cursu artium, plus Theologiae audierunt in
conventu Bononiensi. inter aequales vero praeferantur,
qui prius hebdomadariam fecerunt, ex litteris, ut supra.
Non censendi sunt assignati pro studio, nisi soli studen
tes formales, alii vero poterunt ammoveri ad libitum R.
Provintialis, sine praetentione gravaminis, ut fit in aliis
Conventibus. Venetiis. 1592.
Qui studia propter infirmitatem, aut aeris intemperiem
prosequi non possunt, amoveantur, et alii illorum loco
subrogentur. Neap. 1600.
omnes tamen, (demptis studentibus formalibus) quolibet
anno examinentur per Reverendum P. Priorem, magistros
et studii moderatores, ac Provintiae Patres, necnon
eorum

Vorum lectores respective super lectionibus iam auditis, absque hoc quod sciant super quibus tentandi sunt, et per vota secreta illorum approbentur, quod si non pro fecerint, vel ad studia apti non sint, eiiciantur, Neap. 1600.

Latine semper loquantur, ac scribant. Barch. 1574.

In eo studio fiat officium De Beato Thoma Aquinate qualibet feria quarta, vel fiat memoria, uti fieri consueuit De Beato Patre Dominico omni feria tertia, et suo die de eius translatione.

De Predicatoribus

Nullus titulo predicatoris donetur, qui per Triennium Theologiam non audierit, et qui per quinque Examinatores votis secretis in litteris, et moribus idoneus iudicatus fuerit, et qui ipsum concionantem audiuerint, et aptum ad huiusmodi officium cognouerint. Romo. 1589.

Et casibus conscientiæ operam dederit. Venetiis. 1592

Imo debet per quinque annos Theologiam audiuisse, et saltem per tres quadragesimas in aliqua ciuitate, vel insigni oppido omni die prædicasse. Brixia. 1583.

Afferat fides Testimoniales, quod philosophiæ cursum profecerit, Theologiam per Triennium post adeptum sacerdotium audiuerit, et bonum Testimonium habeat à Patribus illius conuentus, in quo saltem per annum commoratus fuerit. Bononia. 1591.

Unus instituatur Conuentus in quo Prædicatores instruantur in concionandi munere Venetiis. 1592.

Sed potius non nisi in conuentu Bononiensi huiusmodi

Officii.

Officii titulo decorentur. Bonon. 1589. et. 1597.
Post eorum promotionem, professionem fidei illico emittant. Neapoli. 1600.

Hac ex concil. Trident.

Habeat Prædicaturus, primo litteras Dimissorias suorum Supperiorum authenticas.
Si Prædicaturus est in ecclesia sui ordinis, se coram Episcopo præsentet, et benedictionem accipiat.
Si autem in Ecclesia quæ non est sui ordinis prædicare contigerit, licentiam ab Episcopo habeat quæ gratis conceditur.
Sive in ista, sive in illa, non prædicet contradicente Episcopo.
Si tamen in his deliquerint Regulares, itaut prædicent in Ecclesiis non sui ordinis sine licentia Episcopi, non tamen ab Episcopo, sed a suis supperioribus puniantur. ex Decret. Congreg. Concilii.
Si errores aut scandala disseminaverint in populum etiam si in suis ecclesiis prædicent, Episcopus eis prædicationem interdicat. Concil. Trident.
Ad rudem populum, difficiliores, et subtiliores quæstiones quæ ad ædificationem non faciunt, non pertractent. ibidem.
Hac deinde sedulo observent Prædicatores. annuntient ea evangelia, quæ apud nos secundum ordinem nostrum leguntur, et non alia. Valent. 1596.
Ex decreto Sacræ. Congregationis Concilii legere, et prædicare debent epistolas, et evangelia secundum curiam Romanam.

fidei Dogmata confirment ubi opus fuerit, contra blasfemi
as, et periculia quantum possunt proclament. Bononiae. 1564.
A difficilibus, et inutilibus questionibus abstineant, et in
Declarandis Dei praeceptis, et corrigendis moribus, ac ex
citanda Deuotione totis viribus insudent. illust. Alex.
1597.
Ad deuotionem sanctissimi Rosarii populum continue
excitent, et gratias receptas per ipsam, et miracula fac
ta, si qua sunt, annuntient. Romae. 1601.
Nil proferant quod non sit Doctrinae solida Sancti
Thomae conforme. Valent. 1596.
Conciones habebunt omnibus diebus festiuis, praecipue
a festo Pentecostes usque ad festum Sancti Ioanis Baptis
tae, et a festo Assumptionis usque ad septuagessimam. Bono
niae. 1589.
Vel a festo Assensionis Domini usque ad festum sancto
rum Petri, et Pauli, et a festo Assumptionis usque ad fes
tum Epiphaniae. Bononiae. 1597.
Non absint a suis conuentibus ultra dies quindecim.
Fauentiae. 1580.
Non vocentur Praedicatoris nomine nisi dum actu prae
dicant. Brixiae. 1583.
Imo deleatur Cathalogus Praedicatorum, ita ut non sint
Praedicatores, nisi illi qui per assignationem funguntur
actualiter offitio Praedicatoris. Papiae. 1593.
Constituantur tamen Praedicatores emeriti, qui ad sum
mum sint quindecim. Brixiae. 83.
Non actu praedicantes, ad chori sequelam teneantur.
Valent. 1596. et alibi.
Praedicatores emeriti a chori sequela de nocte eximuntur.
Mantuae. 1588.

qui

Qui per decennium integra quadragessima munus suum laudabiliter exercuerint sint Patres a Conciliis in eis conuentibus in quibus sunt assignati. Roma. 1580.
Dum contiones habent in aliqua Diocesi subditi sint illi Prelato in cuius Diocesi commorantur. Papia. 1572.
Qui non possunt abstinere à Carnibus, in quadragessima non predicent. Roma. 1601.
Elemosinas pro concionibus, et Confesionibus, missis ac etiam intuitu persone habitas, coram R. Priore sue assignationis, et Patribus fideliter consignent, accepturi gratis quod sibi ex benignitate traditum fuerit multis in locis.
Completo Predicationis officio in quadragessima, ad conuentus sue Assignationis pergant. Papia. 1572.
Loca ad concionandum non sibi perquirant, sed pergant quo per obedientiam destinantur. Roma. 1589.
Pacta non ineant de elemosina, nec lites moueant. mantua. 1582.
Non exeant limites sue Prouintie, nisi vocati fuerint ab eis, ad quos spectat. Valent. 1596.
Qui in alienis conuentibus morantur, ut concionentur in Diocesibus illorum, soluant conuentui expensas ad computum Trium aureorum pro quolibet mense. Bononia. 1591.
Iuuenibus interdicitur predicare. Bononia. 1564.

De Lectoribus

In Conuentibus in quibus studia vigent, ac etiam in aliis qui idonei iudicabuntur, legatur lectio sacre scripture

Bonon.

Bononiæ. 1564.

Quæ lectio omnibus festiuis diebus legatur habeatur in Ecclesia Placentiæ. 1584.

Aut a festo Pentecostes usque ad festum S. Ioanis Baptistæ et a festo assumptionis, usque ad septuagesimam. Bono. 1589.

Vbique etiam in nostris conuentibus habeatur lectio de casibus conscientiæ, aut saltem conferentiæ de ipsis. Venetiis. 1592. et alibi.

Etiam ubi non est lectio Artium. Romæ. 1601.

Ad eam omnes conueniant, graduatis exceptis, Rom. 1601

Dialecticæ, ac philosophiæ Tempus trienii deputatur Theologiæ vero quadriennii. Romæ. 1580.

Vel duo anni artibus, tres vero philosophiæ dentur. Bononiæ. 1597.

Materias difficiliores, et magis necessarias pertractent. resecantes minus vtiles. ibidem.

Legant per decem, aut ad minus nouem menses omni anno, et lectio sit vnius horæ spacii, habeantque ad minus tres disputationes qualibet hebdomada. Romæ. 1589.

Quando Capitulum Prouintiale non celebratur, perlegant lectiones circiter, 140. cum vero celebratur, et ipsi ad capitulum pergunt. 125. Bononiæ. 1597.

Qui a lectionibus vacauerint a festo S. Ioannis Baptistæ, usque ad festum S. Crucis. (cum hoc solis lectoribus Vniversitatis concedatur) ab officio ammoueantur. Bononiæ. 1599.

Soliciti etiam sint ad examinandum Discipulos super lectionibus quotidianis. Fauentiæ. 1580.

Conferentiæ, et circuli, omni die fiant, nisi actus superior impe

impedierit. Romæ. 1601.
Reprehensionibus monitis, ac penitentiis Discipulos ad studia compellant. Papiæ. 1572.
Non absint a conuentibus ultra dies xv. ibidem.
Quolibet mense vnus Discipulorum omnes conclusiones a singulis Disputatas proponat, et tueatur, cui disputationi omnes adsint, etiam Priores. Bononiæ. 1589.
Non ammoueantur a conuentibus cum suis Discipulis quousque totum philosophiæ cursum confecerint. Placen. 1584.
Retrahant Discipulos a conscribendis concionum exemplaribus, maxime studii tempore. Bononiæ. 1589.
in publicis disputationibus quæ fiunt in nostris capitulis proponantur assertiones de pertinentibus ad sacram Scripturam, vel Theologiam moralem, aut scolasticam, alia vero quo curiositate magis arrident quam vtilitati, aut parce inserantur, aut omnino prætermittantur. Bononiæ. 1564.
Doctrinam D. Thomæ semper, et ubique declarent, et deffendant, et qui a solida huius sancti Doctoris Doctrina recesserint, ab officio absoluantur, ibidem, et Valentiæ. 1596.
Non possunt habere nisi duo scuta pro impressione Conclusionum, quas in capitulis tuebuntur. Mantuæ. 1582.
Easdem conclusiones ad R. Regentem mittant ante quadragessimam. 1597.
Ad chori sequelam cum actu non legunt tenentur. Valentiæ. 1596. et alibi.
Eximuntur autem de nocte ferialibus diebus tantum

qui.

Qui per decenium integrum legerunt. 1591.
Et qui uno anno integro Theologiam docuerit. mantuæ. 1588.
In quadragessima conciones non habiant, sed suas perlegant lectiones, nisi quando duo sunt Theolog. lectores, nam eo casu unus prædicare poterit, et alter lectiones prosequatur. Romæ. 1600.
Non possunt eligi in Priores illorum conuentuum in quibus actu legunt. illustris. Alex. 1597.
Nemo lector sacræ Theologiæ instituatur, nisi cursum artium integre, et non per saltum, vel interpolate compleuerit. Barch. 1574.
Et qui per octo annos in philosofiis lectionibus versatus fuerit. mantuæ. 1601.
Lectores Primi, qui Doctores conuentuum dicuntur, primam vocem habeant in concilliis post graduatos. Venetiis. 1592.
Per graduatos, inteliguntur, Magistri Patres Prouinciæ, Suppriores, Baccalaurei, et qui fuerunt Priores ibi: vel alibi. et qui fuerunt ibidem. Lectores primi. Valen. 1596.
Ubiq; teneant suæ professionis locum. Romæ. 1571. etc.
Extra Claustrum degentes, et mercedem laborum suorum Prælatis non præbentes careant voce actiua, et passiba, ibidem.
In sui institutione fidei professionem emittant. Neap. 1600.

De confessariis in genere

Omnes Confesarii approbari debent per quinq; examinatores, et ubi tot non suppetunt ad minus per tres

quibus

quibus sub pœna excomunicationis præcipitur ne indignos admittant. Romæ. 1589.

Hæc ordinatio legatur examinatoribus cum aliquis examini subiiciendus est. Bononiæ. 1591.

Approbatio fiat per calculos secretos. Venet. 1592

Qui sub his regulis approbati non sunt, suspenduntur ab audientia confesionum. ibidem.

in conuentibus tantum ubi est Sacræ Theologiæ lectio, hæc examina facienda sunt. Bonon. 1597.

Examinatores autem erunt, Priores, Magistri, Patres Prouintiæ, Inquisitores, Lectores Theologi actuales, et qui alias in eo conuentu lectores primi fuerunt, inter quos tamen semper adsit lector primus actualis conuentus. Bononiæ. 1597.

Huius examinis fidem obtineant in authentica forma, quæ ubique sufficiat. ibidem

Stent Confesarii sedentes in audientia confessionum, et penitentes genuflexi, etiam in reconciliatione. Romæ. 1569.

De confesariis fratrum

Præter examen de quo supra, ut audiant confesiones fratrum requiritur facultas Patris Prioris cum Patrum concilio. Bonon. 1597.

Extranei confesores, fratres Prouintiæ non audiant, nisi cum licentia R. Prouintialis. ibidem.

Cum summus Pontifex per diplomata generalia concedit, ut quis posit absolui a casibus reseruatis, hac gratia

uti

Vti non possunt Regulares sine licentia sui Prælati.
Romæ 1601

Ex Decreto SS. Domini Clementis Octaui, Prælati non possunt, nisi infra scriptos casus reseruare, videlicet.
Veneficia, incantationes, et sortilegia.
Apostasia a Religione, etiam habitu retento, quando extra septa conuentus fiat egressio.
Nocturna, et furtiua a conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta;
Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.
Iuramentum falsum in iudicio legitimo.
Procuratio, auxilium, seu concilium, ad abortum faciendum, post animatum fœtum effectu etiam non sequuto.
Falsificatio manus, vel sigilli officialium.
Furtum de rebus conuentus in quantitate, quæ sit peccatum mortale.
Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.
Occisio, siue vulneratio, et grauis percussio cuiuscumque personæ.
Ablatio, seu impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum a superioribus ad inferiores, et ab inferioribus, ad superiores missarum.
Si quod aliud reseruandum erit, non aliter fiat quam matura deliberatione capituli Prouincialis,
In capitulo Prouint. Papiæ 1573. additi sunt hii casus.
Excomunicatio maior.
Precepta.
Et detestabile vicium susurrationis.
Supperioribus non liceat subditorum confessiones audire

nisi

nisi quando reseruatum peccatum admiserint, aut ipsi sponte petierint.

In singulis conuentibus duo, aut tres, aut plures confesarii admittantur pro numero subditorum, qui a non reseruatis eos absoluant, et quibus reseruatorum absolutio committatur, quando ipsi Confesarii iudicauerint.

Caueant omnes ne ea notitia quam in confesionibus habent ad exteriorem subornationem utantur.

Licebit tamen supperioribus determinare penitentias graues quibusdam peccatis, etiam reseruatis, a confesariis imponendas, quas subditus soluere possint.

De confesariis secularium

Confesarii secularium examini ordinariorum se subiiciant quando ipsi id desiderant, neque cum eis contentiones habeant. quod si aliquid difficultatis emerserit Reuerendiss. Patrem generalem admoneant. Bononiæ. 1564.

De confesariis secularium

Ex decr. sac. congreg. super Episcopos, et Regulares. prohibetur ne Regulares vigore quorumcumque priuilegiorum quomodocumque concessorum, etiam societatibus, possint absoluere ab his casibus.

Ab his qui reseruati sunt in bulla cena Domini clare vel dubie.

Ab his qui reseruati sunt, vel in futurum reserbabuntur a sede appostolica.

ab his.

71

Ab his quos Ordinarii reseruarunt, vel reserbabunt excepto solo casu articulo mortis.

De anno. 1602 exiit eiusdem. Sac. congreg. declaratio supradicti Decreti in hunc modum.

Quod Regulares vi priuilegiorum ut supra non possunt absoluere ab his casibus. vs.

Reseruatis in bulla cenæ Domini.

Violationis clausuræ Monialium, in malum finem.

Prouocantium, et pugnantium in duello.

In iniicientium manus violentas in clericum iuxta Canonic. Dispositiones.

Simoniæ realis scienter contracte, ac confidentia beneficialis.

Reseruatis, et reseruandis ab ordinariis.

Unde ab aliis. S. sedæ appostolicæ. reseruatis poterunt, Regulares absoluere iuxta tenorem suorum priuilegiorum.

Approbati ab Episcopis ad confesiones audiendas secularium, prævio examine non possunt iterum ab eodem Episcopo examinari, bene possunt examini subiici a succesore Episcopo. Decreto Congreg. Concilii.

Corripiantur Ordinarii qui in articulo mortis id fieri prohibent, et in licentiis concessis id reseruant. Decre. Congreg. Regularium. 1586.

In examine, et approbatione confesariorum si ab Episcopis generaliter idonei reperti, et approbati fuerint, generaliter quoque, et indistincte, absque aliqua limitatione temporis, vel loci, aut personæ admittantur. Qui

vero

Qui vero idonei non adeo reperti fuerint, et petie
sint admitti; arbitrio Ordinariorum relinquitur ipsos
cum limitata facultate prout sibi videbitur approba
re. ex Dec. Co. Reg. 1587.
Qui in domibus laicorum confessiones audiunt aliqua
de causa, Tenentur Parrochum admonere, et fidem
ei relinquere pro medico adveniente. ibidem.
Habeant quinque annos in sacerdocio, exceptis hiis
qui occasione praedicationis in quadragesima admit
tuntur. Mantuae 1502. et Faven. 1580.
In nostris ecclesiis sint confessionalia in loco patenti
posita, extra quae mulieres audire non licet. Placen. 1584.
et extra capellae maioris ambitum sint. Bonon. 1597.
Neque post occasum solis. Bononiae.
et non nisi ad fenestrellam sub pena suspensionis Bo
noniae. 1597.
Neque post occasum solis. Bononiae. 1589.
et cum cappis sub pena suspensionis. Placen. 1584. 15
88. 1589.
Eleemosinas confessionum tenentur quantocius Prae
latis presentare. Veni. 1592.
Teneant apud se Bullam cenae Domini. Romae. 1569.

De confesariis monialium

Ordinarii monialium Confesarii sint annorum
quadraginta quinque completorum. illustrissimi. Alex.
Bononiae. 1597.
Examinentur in eo conventu in quo pro tali munere

assig

81

assignati sunt, si ibi est. Sacr. Theologiæ, lectio, sin autem in viciniori conventu Theolog. et per vota secreta approbentur, et semel per examen admissi, non iterum examinentur. idem.

Curam Monialium habeant in absentia P. Prioris, non autem suppriors. ex Dec. Congreg.

Non absoluant a casibus quos sibi reseruant P. Priores Bononiæ. 1597.

Tenentur præsentare eleemosinas, a monialibus datas promissis infra spacium unius diei. Romæ. 1589.

6 Domus confessariorum sit separata a Monasterio, ita ut inter ipsam, et monasterium non sint neque fenestræ, neque Rotæ, aut Crates, vel alia foramina, et si quæ sunt, omnino muro obstruantur. Romæ. 1601.

Cum multum a conventu distant, poterunt ibidem comedere confessarii Tempore generalium confessionum tantum, et moniales cibos non præparent, sed id faciant earum famuli ex communibus Monasteriis cibariis. ibidem.

Et hi nil habeant superflui, sed ex uno, et altero tantum ferculo constent. ibid.

Nil recipiant Prælati, siue Confessarii occasione receptionis Monialium ad habitum, vel professionem, neque a monialibus, neque ab aliis, non obstante in contrarium consuetudine. ibid.

quod vero dandum est pro Confessariorum labore, et seruitute, de dote communi Monasterii Superiori Conventus persoluatur, nam omnis munerum vicissitudo interdicta est. ibidem.

intra monasterii septa Missas non celebrent. ibid.

Non

Non perducent in officio pro eodem Monasterio ultra
Triennium, si omnia habentur ordinata. Rom. 1601.
item non excedant biennium. Roma. 1583.
Extraordinarii mittantur temporibus. a sac. conc. Trid.
Statutis. Roma. 1601.
Ter, si quater in anno, et in articulo mortis id fiat. Bononia. 1597.
Ad hunc extraordinarium confessorem adveniant
singula Moniales, licet eis sit libitum dicere, vel non
dicere peccata sua. Roma. 1601.
Hii etiam approbentur modo quo supra, et in concilio
Patrum, et per vota secreta, et non ad tempus, sed simpliciter. Bononia. 1597.
Et seniores sint, et graviores. ibidem.

De sindicis

Habeant inventaria omnium eorum, quæ ad conventum pertinent. vz.
Primo, omnium Privilegiorum, et scripturarum ad fundationem conventus attinentium.
Secundo, omnium censuum perpetuorum, et temporalium cum nota mensis in quo exigi solent.
Tertio, omnium redituum, grani, vini, olei, et huius modi. Roma. 1601.
Librum etiam habeant qui vulgo dicitur giornale,
in quo datum, et receptum notatum sit distincte, et
clare, cum expressione anni, mensis, et diei, ponderis, et mensuræ, ac quantitatis, et valoris rerum; Bononia. 1597.

item

item et pagine librorum, inquibus notati sunt cen
sus, legata, etc. cum decis mentio fit. ibidem.
Habeant etiam duos alios libros, inquorum vno debi
tores, in alio vero creditores pro vna quaßratione
descripti sunt. ibi:
Singulo quoq; mense ratiocinia fiant coram Patre
Priore, et Patribus. Placentie. 1584. Bonon. 1597.
in eis totum id quod datum, et receptum fuit recitetur.
Bononie. 1597.
Post rationem pecunias, siquas Sabere apud se cons
titerit. realiter prasentent. ibid.
inde proponant debita, et credita conuentus. et
non sindici; postea vero credita matura. ibi.
Locationes non faciant, nec conuentiones alicuius mo
menti, bonaq; stabilia non vendant, nec arbores vti
les rescindant, aut expensas notabiles faciant, etiam
pretextu mandati cum plenaria aut Soritate facti, sine
scitu. R. mer. Prioris, et Patrum. ibidem.
Neq; etiam summam Pecunie mutuo accipiant, vel
ad censum sine licentia P. Prioris. et Patrum. mantue
.1582.
Qui conuentus ere alieno grauatos sua culpa reddide
rint. ab officio absoluantur. Plac. 1584.
Qui infideles inuenti fuerint. absoluantur, et nunquam
restituantur, carceriß mancipentur, quousq; satis fece
rint. Bonon. 1597.
Dent viaticum fratribus alibi asignatis ad rationem
duorum solidorum monete mediolani pro quolibet

miliario

milliario, praesertim ubi sunt rari conuentus interme
dii. Papiae. 1593.
Soluere etiam tenentur expensas factas pro infirmis
itinerantibus, cum a beo conuentu asignati recedunt
si recta via incedant; sin autem soluat conuentus cuius
est filius. Bonon. 1597.
Item et expensas carceratorum filiorum conuentus ad
rationem librarum. 16. monetae Bononiae singulo men
seibi.

De patribus a concilijs

Patres non excedant numerum duodenarium supra
Priorem. Pluries.
Habeant aetatem, et alias condiciones requisitas iuxta
Declarationes. Dist. prima. cap. 13. Romae. 1589.
in huiusmodi numerum conuocentur hoc ordine, Magistri
in sacra Theologia, supprior, lector actualis, tum spe
culatiue, tum moralis conuentus, qui fuerunt Priores
aut lectores primi, et si hii numerum non adimpleue
rint, assumantur antiquiores in ordine, si tamen habi
tum non dimiserunt, et litteras Paternitatis a superio
ribus obtinuerint. Bonon. 1589.
Vicarii locorum conuentuum, qui continue in locis commo
rantur, non connumerentur inter eos nisi quando ad
conuentum redierint ibidem permansuri. ibi.
Praedicatores qui per decennium integris quadragessimis
graciose

gratiore munus praedicationis exercuerint, sint in eodem numero. Romae. 1580.

idem fiat de Magistris Nouitiorum, si tamen sint maturae aetatis. Romae. 1571.

instituatur Secretarius concilii, qui decreta conciliorum in libro adnotabit, et sit vel vnus ex Patribus, vel alius sacerdos per vota secreta a Patribus electus, et eo casu non decissiuam, sed consultiuam tantum vocem habebit. Neapoli. 1600.

Quae in conciliis tractantur per vota secreta concludantur. Venet. 1592.

Lectores primi, qui Doctores conuent. vocantur, primam habeant vocem post graduatos. Venet. 1592.

Per graduatos vero inteliguntur Magistri, qui fuerunt Prouintiales, Inquisitores, Suppriores, Baccalaurei, qui fuerunt lectores primi in eodem conuentu, et qui extiterunt Priores ibi, vel alibi, si tamen illis antiquiores sint Neap. 1600.

Cum his grauiora negotia pertractentur, qualia sunt.

Receptio puerorum, ad habitum.

Approbatio iuuenum ad ordines tam maiores, quam minores.

Admissio ad confessiones audiendas, et fratrum, et Monialium, et etiam Secularium. Papiae. 1572.

Destinatio priuatorum sacerdotum ad offitium Praedicationis; ibidem. et Bononiae 1597.

Expensae notabiles in aedifficiis. ex. Dec. sixti quinti, locationes, mutuationes, et similia. Bononiae. 1597.

Condonatio.

Condonatio partis eleemosinæ Prædicatoribus, et Confesariis. Plurics.
Absolutio suppriorum. Valentiæ. 1596.
Remissio Nouitiorum ad seculum. Romæ. 1589.
Reuelantes concilia in præiuditium iustitiæ, vel correctionis, vel personæ, seu quomodocumq. illico priuati sint Paternitate, et non possunt restitui nisi per R. P. Generalem. Romæ. 1580.
Tenentur admonere R. Prouintialem quando aliquid. notabile fit contra vitam Regularem. Papiæ. 1572.
Ratione Paternitatis non sunt exempti ab hebdomadaria. ibidem.
Duo, vel tres ex his qui choro magis assidui sunt, secernantur, qui in absentia Prioris et supprioris. iuuenes indigna facientes in choro puniant, etiam sedendi. in terra in pane, et aqua. Bononiæ. 1583.

De Vicariis locorum

Vicarii non instituantur, nisi post quinq. annos completos a prima missæ celebratione. Fauentiæ. 1580.
Vicarii locorum suos subditos loco præcedunt, nisi Magistros, ac Priores si ad eum locum declinent, qui Priores dicent fidelium præsente Vicario. Romæ. 1580
Ubi sunt loca, et conuentus, Vicarii locum teneant immediate post suppriores, et Baccalaureos. Neap. 1600.
Unum ex suis fratribus sindicum instituant, et rationem dati, et recepti coram se fieri procurent, quod

si fra

Quod si fratres non habent, ipsi sindici officium exerceant, et quolibet trimestri coram Viciniore priore rationem suę administrationis reddant. Bononię. 1597.

Loca omnia quę quatuor fratres clericos alere non possunt dimittantur, nisi serviant in itinere pro hospitio. Valentię. 1596.

De superioribus

Praeterea que de Prioribus adnotabuntur haec observentur circa eos.

Nullus ad superioratus officium assumatur, nisi post quinque annos completos a prima missę oblatione, quorum tres expenderit in audiendis Theologicis lectionibus, Faventię. 1580.

Et nisi trigessimum annum attigerit. Bononię. 1591.

Non possunt absolui a Priore sine concilio Patrum per vota secreta. Valent. 1596.

Absente Priore curam Monialium non habeant, sed Confessarii ipsarum. Dec. sac. Congreg.

Post acceptam confirmationem sui Prioris, tenentur illam intra quatuor dies ad eum transmittere. illust. Alex. 1597.

Non possunt eligi in Priores illorum conventuum quorum superiores sunt. idem.

Sumptus extra ordinarios, aut notabiles in absentia Prioris non faciant. idem.

Tenentur procedere ad electionem socii prima sexta feria post pascha, et inde usque ad sequentem feriam sextam

etiam pluries eodem die ad instantiam maioris partis Vocalium, Bononiæ. 1597.

Poterunt etiam post secundam sextam feriam quando superueniunt satis fratres, qui compleant incompletum numerum eligentium, procedere. Bonon. 1579.

De extraneis.

In nostra Prouintia recipiantur tantum quadraginta fratres ex alienis ratione studii, demptis studentibus. Bononiæ assignatis. Romæ. 1583.

Numquam Confessiones fratrum Prouintiæ audiant nec curæ Nouitiorum præficiantur sine licentia R. Prouintialis. Bononiæ. 1597.

Aduenientes non recipiantur nisi examinati, et approbati, vel in cap. a Patribus deputatis, aut a RR. studii Bonon. moderatoribus. Romæ. 1597.

De Magistris ac studii moderatoribus.

Nullus creetur Magister, nisi actus exercuerit pro forma, et gradu Magisterii per quatuor annos, vel legitima exercitia fecerit. Romæ. 1569. et post.

Habeat etiam petitionem suæ Prouintiæ. Romæ 1580.

Præmittatur rigorosum examen per quinque examinatores, et per vota secreta approbetur. ibidem, et post.

aliter

Aliter promoti inhabiles habeantur. Romæ. 1583.
in litteris patentibus semper intelligitur illa clausula (sal
uis iuribus suæ Prouintiæ) etiam si non apponatur. Romæ
. 1589.
In Prouintia non gaudent priuilegio Magistrorum, nisi
prius ab ea acceptentur. ibidem.
In eodem capitulo acceptati tenebunt locum inter se secun
dum Tempus professionis illorum. ibi.
Qui acceptati non sunt, nec priuilegiis Magistrorum, vel
Baccalaureorum gaudent, nomine tamen Magistri vel
Baccalaurei vocari debent. Ven. 1592.
Soli Reuerendiss, aut capitulo gene. reseruatur ius
promouendi fratres ad Baccalaure: et Magisterii gra
dum Prouintiali vero capitulo, licet nominare, et pro
ponere. Valen. 1596.
Creati Magistri postquam Prouintiales fuerunt, nonte
nent locum super omnes Magistros, qui non fuerunt
Prouintiales, et ita inteligenda est const. Dist. secun
da. cap. 8. Neap. 1600. Bononiæ. 1602
Tenentur ad sequelam Chori quando actu non legunt.
Pluries.
Qui gradus consequentur supplicantes, et asserentes quod
legerunt, vel alia exercicia egerunt, et hoc falsum sit,
non admittantur ad tales gradus in capitulo Prouintia
li. Romæ. 1601.
Moderatores Studii non assumantur ratione antiquitatis
sed pensato longo dicendi vsu, et in legendo peritia, et
qui in hoc munere egregii sunt, a studio non ammoue
antur

antur, etiam causa prelationis. Romę. 1571. et sequentib.
Et Magistri omnes, etiamsi actu Regentes non sint, ha
beant tamen vocem in admissione, et emissione studen
tium formalium. Romę. 1571.
Non nisi latino sermone loquantur, et scribant, et ipsi
et omnes studentes. ibidem.
Ad R. Prouintialem, et diffinitores capituli, necnon
Patres Prouintię pertinet nominare Moderatores, ac
admittere, et id per vota secreta faciendum est. Dec. Prou.
Hi autem sic admissi, et nominati, gratiis, et priuile
giis non gaudebunt, quousque officia ad quę approbati
sunt non exercuerint in conuentu Bononię pro com
muni totius Prouintię bono laborantes. ibi.
Qui autem in officio Sanctę inquisitionis eo tempore
quo Bononiam ire deberent occupati sunt, tamen ad
huc per prędictos RR. Patres modo ut supra appro
bari debent, ita ut si a maiori parte illorum reiecti fue
rint, pro reiectis habeantur. ibid.
Qui vero liberi sunt etiam si ante, vel post occupati in eo
officio fuerint, tenentur subire labores in studio Bo
non. quod si neglexerint, gradus non assequentur
nec illorum priuilegiis utentur. ibid.
Approbati autem non nisi secundum ordinem suę
proffesionis, gradus accipient, et tunc quando omnes
sui maiores talem gradum susceperint.
Semel reiecti non autem proponi possunt, et tam ap
probati, quam reiecti in registro annotentur. Hęc ex
iisdem.

ueribus.

Ex iuribus Prouinciæ.

R. Regens caput studii habeatur, itaut non modo studentes, sed etiam omnes alii studii officiales, et lectores subditi sint in his quæ ad studium pertinent. Et ad eum pertinet terminare, et diffinire questiones propositas in disputationibus, et omnibus silentium imponere, itaut post eius datam resolutionem, non liceat aliquid in medium adducere exceptis RR. Prouintialibus. Romæ. 1569.

Ad officium etiam Regentis pertinet præcipuam sacræ Theologiæ lectionem legere, et ea hora quæ sibi magis placuerit, aliis vero Lectoribus describet quid legere debeant et quando. et ad eius lectiones nedum Studentes interesse debent, sed et qui methaphisicæ operam dant, liberum etiam ei est cum in capitulo generali, aut ~~disputare~~ Prouinciali disputare debet hunc, vel alium sibi eligere in respondentem. ibidem

Liberum

Et licet Priori Conuent. primus debeatur Locus in sedendo, tamen Regenti in proponendis studentibus et examinandis, ac nominandis primus conuenit locus. Romæ. 1580.

R. Baccalaurei munus est legere secundam Theologiæ Lectionem, nec non in quotidianis circulis atque disputationibus dirigere argumentantes, et eorum argumenta prosequi. Romæ. 1589.

Examinari debet antequam offitium assumat, et examinatoribus illorum imponitur excomunicationis pena. Val. 1596. et Romæ. 1580.

idem etiam dicitur de Magistris studentium. ibi.

Tollitur.

Tollitur excomunicatio. Roma. 1600. et declara
tur ordinationem prædictam non debere intelligi
de his qui secundum nostras constitutiones tem
pus præfixum legerunt.
Tenentur legere per quadriennium. Neap. 1600
R. vero Magistri studentium onus proprium est
proponere conclusiones, disputandi in quotidianis cir
culis assistere respondentibus, et casus conscientiæ,
ac dubia super euangelia, et epistolas proponere
temporibus statutis, necnon scribere dimissorias lit
teras pro studentibus, ac demum registrum habere
in quo continuatim notentur omnes officiales stu
dii, et studentes, ac litterarum responsiones. et or
dinationes quæ ad studium pertinent. Roma. 1569.
Tribus vicibus qualibet hebdomada conclusiones
proponant. Roma. 1589.
Liberi, et exempti sint a sequela chori etiam si actu
non legunt. ibid.
Sint Patres a concilijs ex litteris Reuerendiss.
Huius modi Magistri debent ante illorum offitium
legisse per sex annos sacram Theologiam.
Baccalaurei per decem.
Regentes per duodecim; et actus publicos disputa
tionis solemnis adminus quinquies habuisse. Bar
cb. 1574.
Qui offitio Magistri studentium functus fuerit,
stet in aliquo conuentu lector. usque ad tempus Bac
calaureatus. ibidem.

adgradum

+

Ad gradum Magisterii studentium assequendum sufficit quod compleuerit cursum artium, et Theologiam per Biennium audierit. Romæ. 1580.
Ex cap. Neap. 1600. sufficit quod legerit cursum artium, et per examinatores iudicetur idoneus.
Regentes, et Baccalaurei totam. D. Thomæ summam perlegant spacio quadriennii, solum nesessarias questiones explicantes, et minus utiles resecantes. Romæ. 1589.
Tollitur hæc obligatio; et proponitur sollicitudo in legendo. Venet. 1592.
Non faciant Vacantias, nisi a festo. S. Ioannis Baptistæ, usque ad festum sanctæ Crucis. ibidem.
Prætextu Prædicationis lectiones non intermittant. ibi.

De Prioribus.

Etiam si omnia quæ hinc sparsa leguntur scire et obseruationi mandare teneantur. hæc tamen semper præ oculis habere debebunt Priores.
Reformationi suorum conuentuum inuigilent, et subditis suis bonorum operum exemplum seprabeant, paupertatem voluntariam amplectentur, vanitates, ac superfluitates omnes abiiciant, ut liberius hæc in aliis reprehendant. Romæ. 1601.
Nullo pacto tollerent abusus contra nostras leges introduci. Bononiæ. 1601.
Sequantur ipsi vitam communem in victu, vestitu, ieiuniis. et aliis huiusmodi, quod si nequiuerint,

aut

aut seipsos ab officio abdicent, aut a superioribus absoluantur. Papiæ 1572.

Maxima cum vigilantia studiis attendant, iubeantq; lectoribus, aut statutis horis perlegant suas lectiones et suo muneri non desint, et maxime conferentiis Romæ, 1601.

Quam rarissime tamen censuris vtantur, et nonnisi cum matura deliberatione, neq; etiam præceptis ad mortale obligantibus, potissimum circa obligationes, quæ diuturno tempore duraturæ sunt. Bono. 1564.

Capitulum faciant de quindena, in quindenam, imo qualibet hebdomada, ut Deo gratias agant fratres et pro Benefactoribus precentur, inde ad obseruantiam subditos hortentur, fratrum deffectus corrigant, culpasq; subditorum saltem vnius chori audiant. Venet. 1592. etc.

Non absint a conuentibus ultra quindecim dies, sine licentia Reuerendiss. Prouinc. illust. Alex. 1597

Itinera voluntaria non suscipiant, nec liceat vltra dietam conficere iter, absq; licentia Reuerend. Prouintialis, nisi tale sit negotium quod Dilationem non patiatur, et tunc tenebuntur quantocius R. Prouintialem admonere, quodsi secus fecerint expensas ipsi persoluant. Rom. 1601.

Antequam recedant officio completo, rationem reddant coram Patribus, de administratione, et statu conuentus, tum circa temporalia, tum circa spiritu-

alia

alia, et illico recedant, nisi vrgente vere, et reali in firmitate, vel nisi in eo conuentu sint assignati, in quo tamen assignari non possunt, dum officio Prioratus funguntur, neq. etiam ea ratione ut assignatio vim habeat completo Prioratus officio. illust. Alex. 1597.
Electus in diffinitorem capituli generalis non est ob hoc a Prioratu absoluendus. Bononiæ. 1564.
Ad contionandum in aliis ecclesiis non accedant in quadragessima. imolæ. 1595. mantuæ. 1587.
Non concedant licentias suis subditis itinerandi ultra tria miliaria, aut extra Diocesim exceptis sindicis, procuratoribus, conuentuum Procuratoribus, pro necessitatibus conuentuum tantum, iubenibus pro sac. ordinibus suscipiendis, et aliis patribus pro instituendis sacris societatibus. illust. Alex. 1597.
Non mittant fratres ad suos superiores, sed si quid difficultatis accidat scribant, et responsionem expectent. illust. Alex. ibid.
faciles non sint ad concedendas eundi extra conuentum, et exeuntibus socios ipsi dent, iunioribus vero, et actu studentibus nulla ratione facultatem exeundi concedant, et redeuntibus benedictionem conferant. Romæ. 1601.
fratres fugitiuos tam suæ, quam alienæ Prouintiæ non recipiant nisi in carceribus, et punitos secundum leges remittant ad suam Prouintiam, vel conuentum. Venet. 1592. etc.
Apostatas ad conuentus reducant, inuocato etiam Brachio seculari si opus fuerit. Venet. 1582.
Eos qui forum secularium, aut iustitiam fugiant,

non

non recipiant in cellis, vel officinis. Mantua. 1602.
Alios vero seculares non recipiant nisi hospitii gratia per biduum, aut triduum, ad summum, Ven. 1592.
Non audeant alienare bona stabilia quæ fundos vocant, aut pretentiones conuentus aliqua accepta pecunia extinguere, et officinas, et alia loca, etiam prætextu societatis secularibus concedere. Romæ. 1580. etc.
Administrationem rerum temporalium sui conuentus sibi non vendicent. Papiæ. 1572.
Pecunias ad monasterium pertinentes non retineant apud se vltra duos dies. illust. Alex. 1597.
Neque recipiant eleemosinas, quæ Prioribus dari solent, etiam sponte oblatas, nisi pro rata temporis quo fuerunt Priores. Bononiæ. 1581.
Bona fratrum defunctorum cum duobus Patribus visitent, et notent, et iuxta constitutiones fideliter distribuant, et hii quibus aliqui condonantur suffragia pro animabus illorum offerant. illus. Alex. 1597.
Non faciant expensas magnas sine concilio Patrum. Papiæ. 1572.
Neque notabile ædificium sine licentia R. Prouintialis, concilio Peritorum, et assensu Patrum neque noua ædifficia incoent, sed inchoata prosequantur sub excomunicationis pena. ex oraculo Sixti quinti. Romæ. 1589.
A suis subditis exigant omni anno fidelem notulam omnium eorum quæ habent. Bon. 1588.

Literas

Literas confratribus sibi subditis missas videant, et legant, atque ab illis scriptas considerent, et sua subscriptione confirment. Venet. 1592.

Aliquem fratrem constituant qui litteras a cursoribus exigat expensis conuentus, quas postea qualibet quindena a Particularibus fratribus recipiant. Bononia. 1597.

Constituant Bibliothecas, ubi non sunt, aut saltem unam cameram praeparent, ubi possint conuenire fratres ad studendum. Bamb. 1574.

Libri fratrum decedentium non vendant nisi pro aliis magis necessariis emendis. ibi.

Non concedant licentiam extrahendi libros a communi Bibliotheca, nisi pro vrgenti necessitate, et non nisi vrgenti necessitate, et non sine concilio Patrum Roma. 1601.

Obitusque suorum fratrum omnibus Praesidentibus Prouintiae notificent infra terminum sex dierum Roma. 1601.

Curent ut fiant inuentaria omnium scripturarum conuentus, ac Priuilegiorum eius.

Item omnium censuum perpetuorum, vel temporalium per ordinem mensium in quibus exigi debent.

Item redituum pro singulo anno frumenti, vini, olei. etc.

Item et omnium utensilium cuiuslibet officinae, superadentes, semper quae denouo fieri contingunt, et cuilibet Offitiali talis officinae subscripta manu Priori copia detur. Roma. 1601.

Non recipiant aliquos ad habitum Religionis se

creto

secreto, sed tantum in publico capitulo. Val. 1596.
Neque habitu exuant sine consilio. Ven. 1589.
Nouitios ad communes recreationes quæ fiunt in camera ignis peruenire non permittant. Mant. 1582.
Comedias, et representationes in quibus mutatur habitus fieri prohibeant. Bononiæ. 1564. etc.
Et eas in quibus oportet vestes secularium assumere et multum tempus conterere. Venet. 1592.
Et eas in quibus per iocum Episcopi persona representatur, festa autem Diui Vincentii, et alia similia quoad institutiones Priorum similium festorum et temporalia omnia inhibentur. Barc. 1574.
Custodem portæ deputent, qui semper eam clausam teneat retineat, ad quam fratres vocabit, ut prope eam negotia cum secularibus tractent. ibidem. Alex. 1597.
Cum fratres in refectorio comedunt claudi faciant portas conuentus, et claues penes se retineant. Papiæ. 1572.
Et ad suos pedes ponantur in reffectorio. Mantuæ. 1582.
Dormitorium facto Dormitionis signo claudi clauibus curent, et ubi ostia non sunt construi procurent. Bononiæ. 1597.
Carceres in suo conuentu pro reprimendis vitiis fratrum, ubi non sunt ædificent. Bononiæ. 1588. et 1597. et Romæ. 1589.
Imaginem sacram in cameris Hospitium, et infirmorum, pingere faciant. mantuæ. 1582.

Dessignent

Dessignent duos, vel tres Confessarios pro audientia Confessionum fratrum; nec alios sibi reservent casus, nisi contentos in Dec. D. Clementis Papæ Octavi.

Non possunt absolvere suppriorem sive a se, sive a R. Provintiali institutum sine concilio Patrum. Barch. 1574.

Duo germani secundum carnem, non possunt sibi immediate succedere in eodem Prioratu. Romæ. 1580.

Absoluti ab officio Prioratus, ut alteri conventui præficiantur, si confirmatio suum non sortiatur effectum absolutio invalida est. Valent. 1596.

Onera perpetua tum missarum, tum Anniversariorum non recipiant inconsulto R. Provintiali. Bono. 1597.

Archivium pro condendis scripturis, et ordinationibus capitulorum, habeant Mantuæ. 1588.

Locum teneant super Vicarios, et in locis, etiam ipsis præsentibus fidelium dicant. Romæ. 1580.

De Provintialibus

Quandocumque Prior in provintialem electus, et confirmatus fuerit, illico ab officio Prioratus absolutus censendus est. Bononiæ. 1564.

Non possunt eligi in difinitores cap. general., vel socios eorundem, quando celebratur capitulum generale diffinitorum Primum, vel secundum. Neap. 1600.

Eorum electio fiat in principio cap. Bononiæ. 1564.

Voluntariam amplexentur paupertatem, vanitates,

et super

et super fluitates resecantes, incomitatu, et in itine ribus, incessarum ornamentis, ac in victu, et vestitu. ex communibus autem bonis, aut consuetis eleemosi nis Provinciæ, ut honestam suoque gradui consen taneam familiam alere, religiose possint, habeant. hac tamen lege, ut dati, et recepti in cap. provinciali rationem reddere teneantur. Venetiis. 1592. etc.

Vitam, ac mores iuxta nostrarum constitutionum præscriptum componant, ipsi ante alios Religionis onera subeant in victu, et vestitu, Vigiliis, et ieiuni is, communemque vitam sequantur, quam si sequi noluerint, aut nequiverint ipsi se ipsos, a prælatura ab dicent. Papiæ. 1572.

Pecunias, aut preciosa munera non recipiant a fratri bus, sive Monialibus, maxime ab his qui gratiam vel iustitiam prætendunt, nec etiam secularium interventu, exceptis parvulis munusculis, quæ cha ritatis obtentu dari solent. Romæ. 1569. 1580. etc. idem dicitur de eorum sociis. Ven: 1592.

Eisdem mandatur a D. Greg. XIII. in virtute san ctæ obedientiæ ne ad instantiam quarumcumque per sonarum extra ordinem constitutarum, gratias concedere, aut penas remittere præsumant. Rom. 1597.

Hoc mandatum confirmatur a D. Clem. octavo qui et nomen gratiarum extendit ad quoscumque gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, func tiones, et Prælaturas, Venet. 1592.

Visitent

Visitent Provintiam non equestres, sed pedestres, quod si necessitas equitandi adesset, cum tali modestia id fiat ut necessitas demonstretur. illus. Alex. 1597.

Qui per biennium tantum in officio durant, tenentur semel totam Provintiam personaliter visitare. Barch. 1574.

Quæ ordinaverint in visitatione conventus, in scriptis Priori adnotata relinquant, et in subsequenti visitatione videant, an ordinata servaverint. Bono. 1597.

Non proferant excomunicationes, vel alias censuras nisi gravissima causa, Bono. 1564. etc.

Abstineant a mutatione legum, et multitudine ordinationum. ibidem

Asignationes albas non faciant. Venet. 1592.

A multitudine assignationum se contineant. Rom. 1589.

Omnes assignationes fratrum in cap. provintiali fiant, infra annum vero nullæ fiant assignationes, vel deputationes, nisi secundum quod constitutiones disponunt. illust. Alex. 1597.

Ad ipsos solos pertinet concedere licentiam fratribus. ut possint typis dare lucubrationes proprias, vel alienas, etiam alias impressas, præmissa approbatione duorum peritorum Patrum, ab eodem R. Provintiali vel eius capitulo eligendorum. Venet. 1592.

Curent habere notitiam de certis, et incertis redditibus conventuum, et cum concilio gravioi eiusd. Patrum numerum præfigant pro quolibet conventu quem numquam excedere valeant. ac R. Patri generali mittant. Venet. 1592. et deinceps.

mittant

Mittant etiam R. P. generali notam praecipuorum Patrum suae Provinciae qui in regularis observantiae Zelo, et prudentia, aliis praestant, et in regendo, aut etiam in litterarum sufficientia inter alios pollent. Venet. 1592. etc.

Bis saltem singulis annis R. P. generalem de statu suae Provinciae admoneant. Romae. 1583.

Non mittant Vicarios electionum ad conventus, nisi in cassu magnae dissensionis, vel quando nullus est qui electionem dirigere possit, et qui sic missus fuerit voce passiva careat in illa electione. Bonon. 1564. et post

Neque Vicarios supra Priores instituant, nisi ex urgentissima causa R. generali significata. Rom. 1580.

Ubi specialis necesitas non fuerit, nullum electoribus proponant eligendum, et si id necesarium existimauerint non pauciores tribus, pro singulis electionibus nominent, et electum etiam si propositus non sit, confirment, alio non obstante. Bon. 1564.

In confirmandis Prioribus Discretorum Patrum vota secreta perquirant. Romae. 1581.

Quod si in aliquo conventu non reperiantur nisi duo vocales, et non sit in eo conventu alius qui quatuor annus a professione habeat, et sic in Sac. constitutus, tunc devolvitur electio ad R. Provincialem. qui concilio ad minus quattuor Patrum graviorum maxima cum consideratione de Priore providere debebit. Romae. 1601.

Tenentur

Tenentur consignare vnum, aut plures conuentus ad petitionem eorum, qui vitam Regularem reseruare intendunt. Bononiæ 1564. etc.

Locum teneant interse Prouintiales secundum ordinem suarum Prouintiarum, neq; primus locus detur Prouintiali illius Prouintiæ in qua capitulum generale celebratur. Valen 1596.

idem etiam declaratur de diffin. Cap. gen. et Pro. ibid.

Extra Prouintias suas locum teneant super Priores conuentuum, etiamsi eo præsente Prior conuentus, aut supp. nolam pulsare debebit. Romæ 1589.

Instituant conuentum in quo solum Prædicatores instruantur in officio Prædicationis, et instruantur. Ven. 1592.

Apostatas, et fugitiuos ad suos conuentus reducere curabunt, inuocato etiam Brachio seculari si opus fuerit et eos puniant. Venet. 1592

Non recipiant tamen fugitiuos, et vagos alterius Prouintiæ, sine licentia sui R. Prouintialis. Bono. 1564.

Torturam extra ordinariam, qua seculares vtuntur, in atrocissimis delictis adhibeant. Bonon. 1588.

Permittant Discipulos sua prosequi, et complere studia sub eodem lectore, Romæ 1589.

Deputent vnum, & plures Patres, qui Historiam Prouintiæ texent continentem infra scripta. vz:

fundationem conuentus cum dotibus illius Vicariatusq; eiusdem.

Viros sanctitate, Doctrina, et verbi Dei prædicatione excellentes.

Episcopos

Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, et Cardinales eiusdem, et vbi et quando pro fuerunt.
Inquisitores cum loco, et tempore vitæ illorum, ac mortis,
Corpora eorum qui gloriose, et cum opinione sanctitatis migrauerunt vna cum eorum vita, et moribus.
Miracula quæ ob deuotionem Santissimi Rosarii contigerunt, aut per intercessionem alicuius sancti nostri ordinis.
Monasteria monialium, quæ sub ordinis, vel Episcopi, iurisditione sunt, et quo tempore, et a quibus fundata fuerint.
Moniales, vita, sanctitate, et miraculorum gloria conspicuas; Neap. 1600
Cum suum expleuerint officium non poterunt ad idem officium assumi, nisi infra tantum tempus quantum duorum Prouintialium officia integra durare solent. Bononiæ. 1564.
In eligendis sociis non humano affectu ducantur, sed publicam vtilitatem intueantur, et eligant socios Religionis, et prudentia præstantes boni nominis, et exempli, amabilesve, qui concilio prodesse possint. Barch. 1574.
Imo socio non eligant, sed sibi dentur a Reuerendiss. Diffinitoribus, et Patribus Prouintiæ per vota secreta, quos nisi infirmitatis causa, et scandalis Prouintialis non mutet. Illustrissimus Alex. 1597.

De

De Visitatoribus

Præter ea quæ Reuerendiss. Prouintialibus circa visitationem dicta sunt. hæc adnotabunt.

Visitatores Prouintiarum non possunt eligi in Prouintiales earum, quandiu actu illas visitant. Romæ 1601.

idem censetur de Visitatoribus conuentuum, nam in eis durante visitatione non possunt eligi in Priores. ibidem.

Præfigatur tempus Visitationis in litteris Patentibus, ultra quod non poterunt protrahere visitationem. ibidem.

De Diffinitoribus

Diffinitores Capituli Prouintialis suam auctoritatem vltra duos dies prorrogare non possunt. Vnde non nisi per decem dies in ea perseuerare possunt Bononiæ. 1564.

Teneant locum inter se secundum ordinem conuentuum, quibus præsunt non obstante quod in vnius illorum conuentu, capitulum celebretur. Valen. 1596.

De itinerantibus

Non liceat Regularibus a suis conuentibus recedere, etiam prætextu adeundi supperiores suos, nisi ab iisdem missi, aut vocati fuerint.

Qui vero sine tali mandato repertus fuerit abordi

nariis.

ab Ordinariis locorum tanquam sui instituti desertor puniatur, ex Concil: Trident.

Maxime est obseruanda constitutio, et Declaratio Sixti quinti, qua cauetur. quod nullus Regularis, ex vna Prouintia in aliam, siue ex vno conuentu in alium eiusdem Prouintiæ pergat, quodque recipi non posit, neque etiam tanquam hospes, aut ad modicum tempus, nisi habeat expressam licentiam discedendi in scriptis a suo superiore obtentam, vel commendatitias litteras exhibeat, aut nisi ita cognitus sit his ad quos diuerterit, ut de eius persona dubitationi, aut suspitioni locus non relinquatur, et aliter recipientes penas priuationis vocis actiuæ, et passiuæ, necnon officiorum graduum, et dignitatum obtentarum, atque inhabilitationis perpetuæ, incurrunt.

Nullus quomodocumque adueniens sine licentia recipiatur nisi in carceribus, et penitus remitattur ad suum conuentuum, aliter recipientes a suis officiis absoluantur, hoc ex multis cap: tum generalibus, tum Prouintialibus habetur.

Siquis temere, et ex leui causa ad urbem discesserit sine sui superioris licentia accesserit, seueriori pena plectendus remittatur. ex Dec. Cong. Rom. 1587.

Quod si dixerit ad Apost. sedem confugere ob grauamina sibi illata, et ideo licentiam obtinere non potuisse, non

nontamen recipiatur nisi fide dignorum testimonio depetita ab eis licentia, et per superiores denegata, cons titerit. ex Dec. Sixti. Quinti.

Nullus audeat Romam accedere sine licentia Rmer. Patris generalis solius inscriptis, aliter accedens voce activa, et passiva privatus sit per biennium, et per sex menses in carceribus detinebitur, quas penas sibi reser vat. Sanctiss. Papa. Clemens octavus. Roma. 1601. eadem puniatur pena, qui aliter accedentes recipi unt, et non impediunt. ibidem.

Pedestres incedant omnes maxime Conversi, quod si necesitas equitandi adeeit licentiam habeant, Ocre us, et penulam, quam feltrum vocant non portent maxime conversi. Venetiis. 1592. etc.

Presidentes conventuum faciles non sint addandam facultatem vagandi fratribus etiam de concilio Pa trum, sub pretextu alicuius necesitatis, nisi vera sit, et urgentissima. Roma. 1601.

imo solus R. Provintialis licentiam concedant cum diabalis ad alium conventum distantem ultra tria miliaria, aut extra suam Diocesim, excep tis Sindicis, Aromatariis, ac Procuratoribus pro ne gotiis conventuum tantum, necnon iuvenibus pro ordinibus suscipiendis, et patribus proinstitu endis Societatibus Sanctissimi Rosarii, et no minis Dei. illust. Alex.

incedant semper bini, et cum toto habitu, et supe riores.

Ut Superiores licentias concedentes, socium assignent pro itinere; Venetiis. 1592.
Assignati in aliquo conuentu, teneantur ad illum accedere infra terminum quindecim dierum a die notificatio nis, demptis his qui ad urbem, aut Regnum Neapoli tanum pergunt. Fauentiæ 1580.
Assignationes autem intimare debent infra mensem a die qua dantur, alias nullum robur habeant. illus. Alex. 1597.
Qui sunt assignati in capitulo, fidem habeant sui supe rioris quod per capitulum ex tali ad talem conuentum assignati fuerint. Bononiæ. 1597.
Unusquisque recto tramite incedat ad conuentum suæ assignationis, et deuians a via recta non nisi in carce ribus recipiatur. Bononiæ. 1597.
Neque retineantur in alienis conuentibus sub quouis prætextu, sed ad suos conuentus pergere permittan tur. ibidem.
Hospites post tertium diem non recedentes, dimittan tur. Fauentiæ. 1580.
Ultra vero sex dies in conuentu alieno commoran tes, tenentur suas pecunias in communi deposito as seruare, nec eas expendere valent sine licentia. Valent. 1596. etc.
Fratres non mittantur ad superiores quacumque de cau sa, sed si quid difficultatis est, scribant Prælatis, et responsionem expectent. illust. Alex. 1597.
Qui assignationes ad propriam instantiam obti nuerint, viatico careant. Bononiæ. 1589.
Pro viatico detur ad duorum solidorum rationem pro

milliario

pro milliario, maxime ubi sunt rari conuentus inter medii. Papiæ. 1593.
Siquis in itinere ex obedientia recta via incedens infirma- tur soluat conuentus a quo recessit medicinarum expen- sas, si autem a via recta declinauerit, soluet conuentus cu- ius est filius. Bononiæ. 1597.
Completo Officio Prouintialatus, vel Prioratus, accedant fra- tres non ad conuentus unde assumpti fuerunt, sed ad eos, quorum sunt filii, inibi assignati, idem dicitur de his qui ex alienis Prouintiis ad nostram redeunt. Bonon. 1599.

De Vestibus, et aliis suppelectilibus.

Non licet superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum, mobilium vero vsum ita per mittant, ut eorum suppelex statui paupertatis conue niat, et nihil super flui in ea sit. ex Conc. Trident.
Nemini Regularium liceat bona immobilia, vel mo bilia, etiam ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine conuentus, possidere, sed statim supe riori tradantur, et conuentui applicentur, ibidem.
Nullus cuiuscumque gradus, et conditionis sit, defe rre audeat tunicas nisi ex communi panno. Romæ. 1580.
Neque dentur pecuniæ pro vestibus comparandis, sed vestes iuxta necessitatem. Bononiæ. 1564.
Sint de panno communi, non autem pretioso, vel sub tili. Romæ. 1601.
Neque sint de Rascia. Pluries.
Habeant manicas consutas non autem fibulis, aut

globu

aut globulis annexas. Bononiae. 1599.
Cappae pariter non sint de subtili mateiia, neque plicas
habeant. Romae. 1601. similiter, et scapularia.
Habeant caputia consuta, non autem alligata, et sint
sine globulis, et uncinis. Bononiae. 1597.
Caputia plicas non habeant, nec angulos, neque magna
ad modum sint, neque brebia, sed in quadam mediocri
tate. Romae. 1601.
Camisiae lineae prohibentur omnino, Papiae. 1572 etc
ideo provideant supperiores omnibus, et utique, de Tu
nicellis laneis. Bononiae. 1589.
idem de linteaminibus laneis. Bononiae. 1591.
Bireta linea sint sine oculis, Patientiae sine collari, ca
ligae non sint de corio, neque femoralia ad modum
Secularium; Papiae. 1572.
Ocreas, Botsecas, calceolosque, nullus defferat, neque
per conventum, neque per civilitatem. Bononiae. 1589.
Annulos nemo portet, neque etiam sub specie infirmi
tatis. Bononiae. 1597.
Postremo omnis vanitas, aut superfluitas investi
bus tollatur, in nasi tergiis. Biretis, pileis, quae
sub serico ornata esse non debent, incultris, vaginis,
et Cinctoriis, quae coriacea esse debent. papiae. 1593.
Tandem uniformitas in exteriori habitu ab omni
bus observetur. Romae. 1601.
Nullus utatur coclearibus, et instrumentis aureis,
vel Argenteis, aut ex lapidibus praeciosis, sive in men
sa, sive quomodolibet; Romae. 1580. etc.

Paenula:

Penule, siue feltri prohibentur. Venet. 1592.
Vanitates capillorum tollantur. Bononie. 1589.
Barbe non nutriantur, nec etiam agraduatis, Papie. 1572.
Itinerantibus fratribus detur vestium sufficientia, iuxta Provinc. taxam. Papie. 1592.
Hec ad minus est valoris librarum bolendinorum. xxxii. Bononie. 1597.
Siquis extra Semestre in conuentu non morabitur, et in recessu sufficientes vestes non habuerit, habeat bolendinos. xxiiii pro quolibet mense, et de receptione fidem faciat propria manu. ibidem.
Prelati aliquoties visitent cellas, et suppellectilem vanam, irreligiosam, et scandalosam auferant. Bononie. 1591.
Procurent Prelati fieri a fratribus inuentaria omnium rerum suarum, que postea visitatoribus prebeant. ibidem.

De Usu Depositorum

Admittuntur deposita solum in illis provinciis quibus iam permissa sunt, et ita concedantur, ut necessitati non autem cupiditati seruiant, nec in magna pecuniarum summa. Rome. 1580.
Permittuntur tantum ad determinatum usum, vel certum tempus, et breve, que statuenda sunt quando, et quoties aliquid superiori presentatur. Venet. 1592.
Prelati usum iam determinatum commutare non possunt, nec prolongare tempus, sub pena usurpate

auctoritatis

Auctoritatis, neq; subditi sub pena vitii proprietatis. Valent 1596. etc.

Tenentur autem omnes pecunias, sive quodcumq; aliud sibi datum, tum ratione prædicationis, [illegible] lectionis, sive confesionis, aut intuitu persone, etiam a consanguineis, præsentare Prælatis, qui tamen de necesariis provide bunt, ne vnus egeat, et alter abumdet. Venet. 1592.

Ad huiusmodi præsentanda constringuntur omnes sub præcepto formali, infra spacium viginti quatuor hora rum. Valent. 1596. etc.

Hospites eidem legi subduntur cum sunt moraturi in conuentu ultra sex dies. Valent. 1596.

Subditis non concedant Prælati facultatem retinendi pecunias apud se, nisi causa rationabili pro determi nato Tempore. illust. Alex. 1597.

Poterunt autem Prælati cum concilio Patrum, aliquam condonare partem eleemosinæ prædicationum, lectio num, et confesionum, pensata ratione laborum, et indigentiæ. Papiæ. 1572.

Nullus tamen aliquid petere audeat, sed quod sibi traditur cum gratiarum actione recipiat. Placent. 1584.

Duo Constituantur Depositarii, vnus qui omnium de posita conseruet, alter vero qui pecunias alterius reti neat. Bononiæ. 1589.

Superiores, pecunias conuentuum penes se retinere non possunt ultra tres dies, illust. Alex. 1597.

Nemo potest, (saluo paupertatis voto) quæcumq; bona sibi concessa penes quascumq; personas extra Religio nem retinere, insciis Supperioribus, quibus aufertur

facul

facultas, concedendi consimiles licentias, Venet. 1592.
Mutuo nullus recipiat pecunias, aut merces, vel quodcumq aliud a secularibus, praeterquam a consanguineis, in primo, vel secundo gradu sine licentia sui Praelati, qui bene videat quando, et cui eam concedit. Bononia. 1587.
Neq etiam mutuo det, quod si dederit chirographum mutuati habeat, et in communi deposito recondatur. Bononia. 1597.
Si quis inueniatur, qui per notabile tempus pecunias habeat, vel de his seculares conqueruntur, voce actiua et passiua priuetur, et carceri mancipetur. Valent. 1596. etc.
Omnia bona immobilia, et annui reditus conuentui applicentur, cui secundum iura applicanda sunt, et omnes reditus etiam particularium fratrum, per sindicos, et non per ipsos exigantur. Roma. 1564.
Mobilium etiam usus talis concedatur ut nil superflui habeat, et ideo cellae visitentur a Praelatis, et si aliquid inuentum fuerit, quod statui paupertatis repugnat, auferatur, et communitati applicetur. Bononia. 1564.
Cum primum aliqui ex itinere ad conuentus redierint dati, et accepti rationem redant. ibidem.
Fratres singulis annis omnia sua Praelatis exponant. ibid.
Bona fratrum defunctorum in inuentario notentur a Praesidente Conuentus cum duobus Patribus, et distribuantur secundum equitatem, et qui aliquid receperint pro anima demortui fratris orabunt. illust. Alex. 1597.

ut occasio

Ut occasio retinendi pecunias abscindatur, instituatur cursus in quolibet conuentu qui omnium fratrum litteras a cursore exigat, et fratribus tradat. Bono. 1589.

Dentur litteræ gratis cuilibet, sed post quindecim dies, a fratrum deposito solutio accipiatur, quod si quis depositum non habet adhuc eius litteræ exigantur, et Prælato offerantur. Bononiæ. 1597.

De donatione Religiosis interdicta ex constitutione S. D. Clementis octaui

Nullus Regularis cuius cumque gradus, et conditionis existat directe, vel indirecte, palam, vel occulte, tam communi quam proprio nomine, sub quouis prætextu, aut causa (nisi in generali Capitulo mature discussa) cuicumque aliquid donare audeant.

Excipiuntur leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, vel Religionem pertinentia, quæ communi tantum, et numquam particulari nomine (ubi superiori de consensu conuentus videbitur) condonari possunt.

Sub hac generali prohibitione includuntur omnes personæ, etiam ecclesiasticæ, ita ut Regularis aliquid donare non possit, neque Protectori, neque generali, aut Prouinciali, siue Priori, vel cuilibet alteri Religioso.

Inter ipsos quoque Religiosos particulares, quæ cumque largitio munerum (nisi rerum minimarum cum licentia in scriptis suorum superiorum) sit penitus interdicta

neque

Neque licet vllas pecunias expendere in honorem cuiuscumque persona, etiam D. Protectoris, quacumque occasione, nisi reuera interueniat Dei cultus, aut pauperum subleuatio.

Cum vero ditiores in Monasteriis pro hospitio declinauerint, sint cibis communibus monasterii contenti. in potentioribus autem recipiendis, ita se gerant Regulares ut in eis alendis, frugalitas, et paupertas Religiosa effulgeat.

Qui vero contra hanc prohibitionem aliquid receperint id suum non faciant, sed absque alia declaratione restituant, et ad id in vtroque foro ~~conscientiæ absolui non possunt~~ foro tenentur, ita ut restitutione non facta etiam in foro conscientiæ absolui non possunt.

Restitutio autem, non ei qui donauit facienda est, sed conuentui de cuius bonis facta est, ita ut nec qui donauit, nec conuentus ipse, restitutionem remittere possit.

Qui autem donauerit eo ipso omnibus gradibus, officiis, et dignitatibus, priuatus sit, et ad alia similia, vel dissimilia officia obtinenda incapax existat, et perpetua infamia notatus, careatque voce actiua, et passiba, imo tamquam furti, et simoniæ, criminum reus, quomodocumque puniri potest. et debet.

De electione

In electione Superiorum quorumcumque ita procedatur ut electio per vota secreta fiat, ut singulorum eligentium

gentium nomina numquam publicentur, et aliter facta electio irrita est. Ex Concil. Trident.

Mensis electionis incipiet a die carentiæ Prioris infraque mensem tenentur electores aliquem canonice eligere quod si non elegerint, etiam si aliquos actus electionis fecerint, auctoritas providendi de Priore ad R. Provincialem devolvitur, quod si aliquem elegerint, si de electio ipsa cassari contigerit, mensis electionis iterum incipit. Romæ. 1601.

Si maior pars vocalium Superiori, aut Vicario electionis institerit, ut ad electionem procedatur, et illi procedere neglexerint, Antiquior ex his qui instant, Capitulum congregare, et electionem formare poterit. ibid.

De electione non debent pertractare fratres tam qui votum habent, quam qui non habent, ante unum diem naturalem præcedentem electionis diem. Valent. 1596.

In die electionis, electioni præmittatur communio Sacra. Romæ. 1580.

Vicarii electionum non mittantur, nisi causa magnæ dissentionis, vel quando nullus est qui actionem dirigere possit, et sic missi careant voce passiva, Bonon. 1564. etc.

De electoribus.

Admittendus ad electionem nedum debit esse assignatus ante electionis mensem in conventu ubi eligere

eligere debet, sed etiam Prelato, et conventui veteras signatio constare debet ante mensem. Romæ. 1589.
Excipitur tamen casus mortis, quoniam tunc nulla fraus presumi potest, Venetiis. 1592.
Ex autoritate app.ca nulle fiant assignationes duobus mensibus ante tempus electionis Prioris. Romæ. 1601.
Assignatus infra mensem electionis vocem non habeat in eo conventu quousque electio confirmationis effectum sortita fuerit, et electus confirmationem acceptaverit. Ven. 1592.
Fratres extra conventum commorantes (nisi id fiat pro officio inquisitionis) careant voce activa. Romæ. 1583.
imò qui quocumque pretextu manent extra claustra, careant voce activa, et passiva, etiam si inservirant Cathedrali Ecclesiæ. Romæ. 1601.
Nullus ab electione excludatur pretextu alicuius criminis, nisi sit sententia liter condemnatus, exceptis his de quibus manifestum est incidisse in excomunicationem latæ sententiæ. Romæ. 1589.
Excludantur tamen hii auctoritate app.ca qui annum duodecimum a professione non compleverunt. Valen. 1596.
quod si in aliquo conventu reperiantur tantum duo vocales, eo casu ad mitti poterunt hii qui duo decimum annum non compleverunt, dummodo quartum annum a professione compleverint, et sint sacris ordinibus initiati, usque ad numerum quinarium, quod si preter illos

duos

duos alius non reperiatur R. Provintialis dabit Priorem cum consilio Patrum matura prehabita consideratione. Romæ. 1601.

Qui in uno conventu votum in electione vite praestaverit, non poterit illud praestare in alio conventu, in eodem anno a die iam lati voti. illust. Alex. 1597.

Non licet aliquos titulares instituere ad effectum electionis faciendæ, neque assentium voces supplere. ex. Conc. Trid.

6 De eligendis

Siquis propriæ vocis renuntiatione, medietatem eligentium excesserit, electio ipsa nulla sit. Romæ. Varius.

Censetur quis propriæ voci renuntiare, etiam quando votum dare recusat dicens neutraliter se habere. Romæ. 1589.

Unde ille qui est de collegio eligentium si debet canonice eligi, oportet ut habeat duo vota ultra medietatem, sive interesit electioni, sive non, ibidem.

Eligendi in Priores debent prius, aut per sexennium officium lectoratus exercere, aut per septennium prædicare, aut laudabiliter officium supprioratus vel sindicatus, vel Magistri Novitiorum per idem tempus peragere. Bononiæ. 1591.

Priores actuales eligi non possunt in aliis conventibus. illust. Alex. 1597.

nec electores

Nec lectores actuales, aut suppriores illius conuentus inquo facienda est electio. idem.

Inconuentibus inquibus sanctimonialium cura quo vis modo annexa est, eligendus sit ætatis annorum quadraginta, et xx. ab habitus susceptione.

Ubi vero Sac. Theolog. lectio est, vel adest curia principum, eligendus sit ætatis annorum trigintaquinq;, et Religionis decem, et septem.

in Reliquis vero sufficit ætas triginta annorum completorum, et Religionis quindecim, idem.

Qui tamen in minoribus conuentibus digna profuerunt, insupperioribus præfici poterunt. idem illust.

Duo fratres germani secundum carnem nonpossunt sibi invicem succedere immediate in Prouintialatu, Prioratu, et Suppioratu, Romæ. 1580.

Cum scrutinio electionis mittantur nomina eligentium, et illorum ætas ac professionis Tempus. Bononiæ 1597

De electione sociorum

De electione sociorum se non intromittant Priores illust. Alex.

Nonpotest eligi socius ubi non sunt quinq; vocales præter Priorem. N. 1600.

Et hii electores debent duodecimum annum aprofessione compleitum habere. Ro. 1601.

item non

Item non potest eligi socius pro eodem conuentu ad duo capitula immediata, neq; ante trigessimum etatis suæ annum. illust. Alex.

Electio hec fiat feria .6. post festum Paschatis, exceptis conuentibus Regni Neap.ⁱⁿ quibus fieri potest immediate post septuagessimam. Plac. 1584.

Tenetur autem Supp. formare electionem socii pro dicta feria sexta, quod si eo die nullus eua dit socius, debet per totam octauam sequentem ad instantiam maioris partis vocalium etiam pluries eadem die procedere. Bonon. 1597.

Tempus igitur electionis est a feria sexta ante octauam Paschatis usq; ad sequentem feriam sextam, posquam poterit etiam Supp.ʳ procedere eo tantum casu quando superueniunt fratres, qui ad impleant numerum quinarium eligentium. Bonon. 1597.

Communia omnibus

Nemo litteras scribat sine licentia sui Prelati singulis ciuibus requirenda. Papiæ. 1572.

Non mittantur per Cursores. Mantuæ. 1582

legantur a Prelatis, et subscriptionem apponant. Mantuæ. 1588.

Prelatis

Prelatis latino sermone omnes scribant. Placent. 1584.
Romæ qui litteras scribant, solutas, siue ut aiunt francas transmittant. Venet. 1592.
Litterarum tituli infrascripti sint.
R. Patri generali, l. Diffinitorio Cap. generalis. Neap. 1600.
Admodum R. Patri Magistro, siue Patri Prouinciæ, siue inquisitori.
Reuerendo Patri Priori, vel sacræ Theolo. lectori.
Venerando Patri Lectori, siue Prædicatori.
Venerabili Patri Sacerdoti, vel studenti.
Religioso, siue deuoto Iubeni.
Fratri Conuerso, vel Tertiano
Subscriptiones autem erunt istæ. v3. vester in Christo Pater, filius, l. frater.
Aut. P. vel Reuer. vestræ in xpo filius, vel frater. 1597.
